

BEATI
RAYMUNDI
LULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ET
MARTYRIS
LIBER
MAGNUS CONTEMPLATIONIS
in Deum.
JUXTA MOGUNTINAM EDITIONEM
in folio Anni MDCCXL.
IN VARIOS TOMOS DISTRIBUTUS.
Tomus XVI.
PALMÆ MAJORICARUM
anno MDCCXLIX.
Superiorum permisso.
Typis Viduæ Frau Typogr. Regiae
Audientiae.

FIGURA XXXI.

Ad Cap. CCCLIX. pag. 186. & 187.

A | Potentia motiva intellectualis.

B | Potentia motiva sensualis.

C | Memoria, Intellectus, Voluntas.

D | Compositum ex A. & B.

E | Potentia vegetativa, sensitiva.
Imaginativa & rationalis.

F | Primus motus, & duæ Intentiones, & Veritas, & Devotion, & Conscientia, & temperamentum animositatis & spei.

FIGURÆ COMPOSITÆ.

Prima. A. C.

Secunda. A. C.D.

Tertia. A. C. F.

Quarta. A.C.F.E.

Quinta. A. B. C.
E. F. D.

FIGURA XXII.

Ad Cap. CCCLXI. pag. 240. & 241.

A | DEUS.

B | Significatio ipsius A.

C | Anima.

D | Significatio ipsius C.

E | Puritas & Munditia Animæ.

F | Significatio ipsius E.

G | Culpa, Peccatum, Immun-dictia Animæ.

H | Significatio ipsius G.

I | Memoria, Intellectus, Vo-luntas.

K | Perfectio.

L | Esse.

M | Defectus.

N | Privatio.




FIGURA XXIII.

Ad Cap. CCCLXII. pag. 265. & 266.

A | Veritas.

B | Significatio ipsius A.

C | Affirmatio.

D | Significatio ipsius C.

E | Negatio.

F | Significatio ipsius E.

G | Memoria , Intellectus, Vo-
luntas.

H | Significatio ipsius G.

VIXX

• 2008 492 771

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

FIGURA XXIV.

Ad Cap. CCCLXIII. pag. 294. & 295.

A | DEUS.

B | Significatio ipsius A.

C | Conclusio.

D | Significatio ipsius C.

E | Directio.

F | Significatio ipsius E.

G | Derivatio.

H | Significatio ipsius G.

I | Divina Humilitas.

K | Significatio ipsius I.

L | Perfecta Potes^tas.

M | Perfecta Sapientia.

N | Perfecta Voluntas.

O | Perfecta Veritas.

P | Perfecta Justitia.

Q | Perfecta Misericordia.

R | Perfecta Humilitas.

S | Perfecta Patientia.

T | Perfecta Bonitas.

FIGURA XXV.

Ad Cap. CCCLXIV. pag. 223.

A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.	I.	J.
Veritas sive in- ventio ip- sius A.	Apertura sive oc- cultatio ejusdem A.	Clausura sive oc- cultatio ejusdem A.	Falsitas.	Apertura sive in- ventio ip- sius D.	Clausura sive oc- cultatio ejusdem D.	Fides & creden- tia.	Ratio necessa- ria.	Fervor & Timor	
K.	L.	M.	N.	O.	P.	Q.	R.	S.	T.
BAG BAH BAI	BAGI BAHI BAI	CAG CAH CAI	CAGHI	EDG EDH EDI	EDGI EDHI	FDG FDH FDI	FDGHI		

1979

1980 DA

1980 1981 1982 1983
1984 1985 1986 1987
1988 1989 1990 1991
1992 1993 1994 1995

1996 1997 1998 1999

2000 2001 2002 2003

2004 2005 2006 2007

2008 2009 2010 2011

2012 2013 2014 2015

2016 2017 2018 2019

2020 2021 2022 2023

2024 2025 2026 2027

2028 2029 2030 2031

2032 2033 2034 2035

2036 2037 2038 2039

2040 2041 2042 2043

2044 2045 2046 2047

2048 2049 2050 2051

2052 2053 2054 2055

2056 2057 2058 2059

2060 2061 2062 2063

2064 2065 2066 2067

2068 2069 2070 2071

2072 2073 2074 2075

2076 2077 2078 2079

2080 2081 2082 2083

2084 2085 2086 2087

2088 2089 2090 2091

2092 2093 2094 2095

2096 2097 2098 2099

2100 2101 2102 2103

2104 2105 2106 2107

2108 2109 2110 2111

2112 2113 2114 2115

2116 2117 2118 2119

2120 2121 2122 2123

2124 2125 2126 2127

2128 2129 2130 2131

2132 2133 2134 2135

2136 2137 2138 2139

2140 2141 2142 2143

2144 2145 2146 2147

2148 2149 2150 2151

2152 2153 2154 2155

2156 2157 2158 2159

2160 2161 2162 2163

2164 2165 2166 2167

2168 2169 2170 2171

2172 2173 2174 2175

2176 2177 2178 2179

2180 2181 2182 2183

2184 2185 2186 2187

2188 2189 2190 2191

2192 2193 2194 2195

2196 2197 2198 2199

2200 2201 2202 2203

2204 2205 2206 2207

2208 2209 2210 2211

2212 2213 2214 2215

2216 2217 2218 2219

2220 2221 2222 2223

2224 2225 2226 2227

2228 2229 2230 2231

2232 2233 2234 2235

2236 2237 2238 2239

2240 2241 2242 2243

2244 2245 2246 2247

2248 2249 2250 2251

2252 2253 2254 2255

2256 2257 2258 2259

2260 2261 2262 2263

2264 2265 2266 2267

2268 2269 2270 2271

2272 2273 2274 2275

2276 2277 2278 2279

2280 2281 2282 2283

2284 2285 2286 2287

2288 2289 2290 2291

2292 2293 2294 2295

2296 2297 2298 2299

2300 2301 2302 2303

2304 2305 2306 2307

2308 2309 2310 2311

2312 2313 2314 2315

2316 2317 2318 2319

2320 2321 2322 2323

2324 2325 2326 2327

2328 2329 2330 2331

2332 2333 2334 2335

2336 2337 2338 2339

2340 2341 2342 2343

2344 2345 2346 2347

2348 2349 2350 2351

2352 2353 2354 2355

2356 2357 2358 2359

2360 2361 2362 2363

2364 2365 2366 2367

2368 2369 2370 2371

2372 2373 2374 2375

2376 2377 2378 2379

2380 2381 2382 2383

2384 2385 2386 2387

2388 2389 2390 2391

2392 2393 2394 2395

2396 2397 2398 2399

2400 2401 2402 2403

2404 2405 2406 2407

2408 2409 2410 2411

2412 2413 2414 2415

2416 2417 2418 2419

2420 2421 2422 2423

2424 2425 2426 2427

2428 2429 2430 2431

2432 2433 2434 2435

2436 2437 2438 2439

2440 2441 2442 2443

2444 2445 2446 2447

2448 2449 2450 2451

2452 2453 2454 2455

2456 2457 2458 2459

2460 2461 2462 2463

2464 2465 2466 2467

2468 2469 2470 2471

2472 2473 2474 2475

2476 2477 2478 2479

2480 2481 2482 2483

2484 2485 2486 2487

2488 2489 2490 2491

2492 2493 2494 2495

2496 2497 2498 2499

2500 2501 2502 2503

2504 2505 2506 2507

2508 2509 2510 2511

2512 2513 2514 2515

2516 2517 2518 2519

2520 2521 2522 2523

2524 2525 2526 2527

2528 2529 2530 2531

2532 2533 2534 2535

2536 2537 2538 2539

2540 2541 2542 2543

2544 2545 2546 2547

2548 2549 2550 2551

2552 2553 2554 2555

2556 2557 2558 2559

2560 2561 2562 2563

2564 2565 2566 2567

2568 2569 2570 2571

2572 2573 2574 2575

2576 2577 2578 2579

2580 2581 2582 2583

2584 2585 2586 2587

2588 2589 2590 2591

2592 2593 2594 2595

2596 2597 2598 2599

2600 2601 2602 2603

2604 2605 2606 2607

2608 2609 2610 2611

2612 2613 2614 2615

2616 2617 2618 2619

2620 2621 2622 2623

2624 2625 2626 2627

2628 2629 2630 2631

2632 2633 2634 2635

2636 2637 2638 2639

BEATI

fol. 5

RAYMUNDI
ULLI
DOCTORIS ILLUMINATI ET
MARTYRIS
MAGNUS LIBER
CONTEMPLATIONIS
IN DEUM.
VOLUMEN III.

LIBER V.
DISTINCTIO XL.
DE ORATIONE.
CAPUT CCCLII.

*Quomodo homo inquirat artem, & modum
quo sciat intellectualiter orare & contem-
plari nostrum Dominum DEUM per Ety-
mologiam & Allegoriam & Anagogiam.*

*EUS Æterne, gloriose
Pater, & Domine in-
tellectualis & virtuose!
Qui vult inquirere ar-
tem & modum intel-
lectualem orandi & cō-
tem-*



4 R. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
plandi Te , oportet quod primò in-
quirat infimum gradum in quo est
oratio composita ex sensualitate & in-
tellectualitate , & postea elevet suum
intellectum ad orationem & contem-
plationem intellectualis.

2. Nam sicut sunt duæ res Crea-
tor & creatura , *Domine* , ita sunt *duo*
modi orationis , quorum *primus* est
quando homo Te orat sensualiter &
intellectualiter , sicut qui dicit bra-
chium & oculi & ignis , & per bra-
chium intelligit Potestatem , & per
oculos Sapientiam , & per ignem A-
morem : & *secundus* est quando ho-
mo contemplatur intellectualiter sim-
pliciter elevando suam mentem ad
tuas Virtutes & Proprietates & eas
intelligit secundum creaturas , sicut
qui per brachium intellexit Pesta-
tem , & per oculos Sapientiam , & per
ignem Amorem , & postea ascendit
ad intelligendum tuam simplicem
Naturam & tuas simplices Virtutes
& Proprietates & Qualitates , quin-
me-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 5
memoret nec intelligat nec velit ali-
quid creaturæ.

3. Et quando homo, *Domine*,
elevavit suam memoriam & suum
intellectum & suam voluntatem à
significationibus sensualibus creatis
ad significationes intellectuales crea-
tas, & postea ascendit à signifi-
cationibus intellectualibus creatis ad sim-
plices significationes tuarum simpli-
cium Qualitatum & Proprietatum,
tunc elevavit suum intellectum ad
altiorem intelligentiam, ad quam
possit ipsum elevare; quæ intelli-
gentia est oratio & contemplatio,
quando memoria & voluntas intel-
lectum juvant ex sua potestate ad in-
telligendum obliviscente memoriâ
omnes res creatas, ne intellectus de-
cendat ab intelligentiâ tuæ excellen-
tis Bonitatis; & in hac oratione &
contemplatione oportet, quòd sen-
sualitas non componatur cum intel-
lectualitate, ut sola intellectualitas
simpliciter oret & contempletur in
su-

5 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.
supremis terminis tuam gloriosam
Deitatem in sua Unitate & Trinitate
& in suis divinis Qualitatibus.

4. b. *Misericors Dominc, amator*
pietatis & amoris! Primum modum
orationis & contemplationis dicimus
esse compositum ex sensualitate &
intellectualitate, sicut quando homo
vult orare & contemplari tuam Po-
testatem & Sapientiam & Volunta-
tem, & verbum dicit tuum brachi-
um, ut intellectus intelligat tuam Po-
testatem; & dicit tuos oculos, ut
intelligat tuam Sapientiam, & dicit
ignem amoris, ut intelligat magni-
tudinem amoris qui est in Te.

5. Unde quia hæc prima oratio,
Domine, est ita composita, pro-
pterea intelligitur literam in ea esse
rem sensualem, & moralitatem esse
rem intellectualem, quia litera non
dicit id, quod moralitas intelligit;
sicut homo, qui legit literas quæ ei
sunt transmisse, & per figuræ literarum,
quas videt, intelligit res quæ
sunt

sunt absentes suis sensualitatibus & præsentes suo intellectui: Igitur cùm hoc ita sit, quod per brachium significetur Potestas, & per oculos Sapientia & per ignem Amor, propterea ascendit homo priùs à litera ad moralitatem; quia litera stat in sola sensualitate, & moralitas intrat in intellectum; & propterea iste primus modus orationis est necessariò compitus ex sensualitate & intellectuallitate; & ideò omnis homo qui isto modo Te orat & contemplatur, Te orat & contemplatur sub supremo termino orationis & contemplationis simpliciter intellectualis.

6. Igitur qui vult ascendere ad simplicem orationem contemplativam, oportet, *Domine*, quòd primò movcat motivam sensualē ad literam, & à litera moveat motivam intellectualē ad moralē expositionē, ut intellectus se movcat ab intelligentia rerum sensualium ad intelligentiam rerum intellectualium;

&

8 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& postquam intellectus intraverit in
moralem expositionem per literam,
ascendat ad supremam intelligenti-
am , secundūm quod Tu ei dedisti
virtutem & vim ad sequendum artem
& modum prædictæ orationis.

7. c. *Fortis Domine! à quo omnes
fortitudines sumunt vigorem & bene-
dictionem.* Qui vult habere artem &
modum intellectualis orationis, sciat
se dirigere ad illam per moralem
expositionem quæ in lingua arabica
dicitur *Rrāms* quod est idem ac mo-
ralis vel allegorica vel anagogica ex-
positio , quæ est composita ex sen-
sualitate & intellectualitate ; eo quod
per sensualitatem formetur intellectus
ad intelligendum moralitatem, ut
ascendat ad intelligendum simplicem
intellectualitatem sui gloriosi DEI ,
per quam intelligentiam memoria
memorando & intellectus intelligen-
do & voluntas amando orant & con-
templantur tuam divinam Essentiam
in sua simplici Natura sinè respectu
ad creaturam.

8. Glo-

8. *Gloriose Domine!* Cùm in sacra scriptura sint multa verba moraliter posita, ut intellectus in eis incipiat accipere virtutem & vim, per quam possit ascendere ad intelligentiam, quæ est in eo potentialiter, sicut aquilæ sunt datæ alæ ad ascendendum ad loca alta, in quibus est suus ascensus potentialiter; & cum homines per peccata & errores sint deviati & separati à veritate, propterea quidam homines mutant in morali expositione finalem expositio- ne in contrarium sensum causæ finalis propter quam in sacra scriptura moralis expositio est posita: Igitur qui vult dirigere & reducere ad veritatem illos, qui sunt in errore, & qui moralem expositionem transfe- runt in expositionem contrariam, oportet, quòd se juvet cum **suprema** expositione intellectuali, quæ est su- per moralem; quia sicut intellectus habet virtutem ascendendi à morali **expositione ad spiritualem intellectua-**

ro B.Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tualem supremam, ita ; postquam as-
cendit ad supremam orationem &
contemplationem , habet virtutem
dirigendi omnes illos, qui errant in
moral i expositione.

9. Sed quia pauci sunt homines,
qui ascendunt ad supremam oratio-
nem & contemplationem in compa-
ratione illorum, qui ad eam non af-
cendunt ; & qui , postquam ad eam
ascenderunt, non volunt ab ea sepa-
rari ; propterea , *Domine* , errantes
manent in errore in moral i exposi-
tione sacræ Scripturæ per defectum
Doctorum , qui eos doceant & eis
demonstrent errorē , in quo sunt,
quem possent eis demonstrare per
magnam influentiam virtutum, quas
possident per supremam orationem,
in qua contemplantur tuam divinam
Perfectionem sinè relatione ad crea-
turas , in quibus sentiunt tuam Per-
fectionem mediante oratione & con-
templatione moral i.

10. d. O Domine ! qui es spes mei
pla-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 11
placiti & consolatio meæ voluntatis.
Secundus modus orationis & contem-
plationis, de quo intendimus loqui,
est, quando homo elevavit suum in-
tellectum & suam memoriam & suam
voluntatem à composita oratione &
contemplatione literæ moralitatis;
quia quando homo dicit brachium
secunda intentione ut possit primâ
intentione intelligere Potestatem,
quam Tu habes in creaturis: & quan-
do sic elevavit suum intellectum pri-
ma intentione ad moralitatem, & se-
cundâ ad literam quæ nominat bra-
*chium, tunc det secundam inten-
tione Potestati, quam Tu habes super*
creaturas in creando & ordinando
eas & primam intentionem Potestati,
*quam tu habes in Te ipso, ut memo-
ret & intelligat & amet eam respectu*
sui ipsius.

ii. *Virtuose Domine!* Quando
homo elevavit suum intellectum ad
tuam Potestatem primâ intentione su-
per secundam intentionem moralita-
tis

12 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tis, quæ habet primam intentionem
supra secundam intentionem literæ,
si velit elevare ipsum intellectum ad
intelligendum Sapientiam, quam ha-
bes in Te ipso, oportet, quod per il-
los gradus & per eandem artem, per
quam elevavit suum intellectum ad
cognoscendum tuam Potestatem, ele-
vet ipsum ad cognoscendum magnam
sapientiam quam tua Essentia habet
in se ipsa ; quia quando homo nomi-
nat tuos oculos, ut intelligat Sapien-
tiam , quam habes in creando & re-
creando & ordinando creaturas, tunc
dat secundam intentionem oculis &
primam Sapientiæ quam habes in
creatulis; & quando dedit secundam
intentionem Sapientiæ quam Tu ha-
bes in sciendo & ordinando creatu-
ras, tunc primâ intentione elevet in-
tellectum ad sciendum Sapientiam
quam habes in Te ipso.

12. *Honorate Domine ! Qui vult*
elevare suum intellectum ad altiorem
amorem , quem possit intelligere ,
opor-

oportet, quod per eandem scalam & per eundem modum & artem per quam ascendit ad tuam Potestatem & Sapientiam sciat ascendere ad intelligendum gloriosam Voluntatem quam habes erga tuam sanctam Potestatem & Sapientiam, ad quam voluntatem ascendit intellectus mutando secundam intentionem in primam, & primam in secundam ascendente intellectu ad cognoscendum tuam Voluntatem volitam & scitam & memoratam prima intentione; quia homo secunda intentione inteligit ignem, ut primâ possit intelligere amorem quem habes erga creaturas in creando & beneficiando & sustinendo & recreando & ordinando eas, ut humana sapientia & memoria & voluntas eleventur ad contemplandum & orandum magnum amorem, quem habes erga Te ipsum.

13. e. *Mirabilis Domine abundans in donis & misericordia & justitia & indulgentiis! Quando tres potentiae sunt-*

24 B.Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
sunt elevatæ ad altiorem gradum in
quo finitur & terminatur possibili-
tas, ad quam possunt venire de po-
tentia in actum memorando & in-
telligendo & volendo tuam Potesta-
tem & Sapientiam & Voluntatem &
alias tuas Virtutes, tunc intellectus
retrocedit uno gradu inferiùs, ut
possit recipere vigorem & virtutem
iterum ascendendi; quia sicut ho-
mo, ut faciat majorem saltum, re-
trocedit & currendo venit ad saltum,
ita intellectus retrocedit ad intelli-
gendum Potestatem & Sapientiam &
Voluntatem quas habes in creaturis,
ut per illam intelligentiam possit
ascendere ad intelligendum valde
magnam & excellentem Potestatem
& Sapientiam & Voluntatem quas
habes in Te ipso.

14. Et dum intellectus, *Domine*,
impedit totam suam potestatem, ut
ascendat ad intelligendum tuam Po-
testatem & Sapientiam & Volunta-
tem, tunc memoria memorat, quòd,
sicut

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 15
sicut splendor solis in sua totalitate
est multò major quám oculi Petri
possint recipere, ita Potestas & Sapi-
entia & Voluntas quæ sunt in Te
ipso sint multò mayores sinē omni
comparatione, quám intellectus pos-
sit intelligere in Te per Potestatem
& Sapientiam & Voluntatem, quas
intelligit in Te per creaturas; quia,
si Petrus non potest recipere totum
splendorem solis, qui est res finita,
eo quòd, si totum ipsum reciperet,
videret omnia loca mundi, in quibus
sol diffundit suos radios & suum
splendorem, quantó minùs intellectus,
qui est creatura finita, potest
intelligere totam Potestatem & Sapi-
entiam & Voluntatem, quæ sunt in
Te ipso?

15. Unde dum memoria, *Domine*,
ita memorat, intellectus intelligit,
quòd, si ipse non potest intelligere
totam Potestatem & Sapientiam &
Voluntatem, quas Tu demonstras de
Te ipso creaturis, eo quòd, si totas
ipsas

ipsas intelligeret, oporteret se esse infinitum vel ipsas esse finitas, quanto minus intellectus potest ascendere ad cognoscendum totam Potestatem & Sapientiam & Voluntatem, quas Tu habes in Te ipso? Igitur cum hoc ita sit, sicut oculi corporales quanto plus vident & quanto melius possunt uti sua virtute visiva, quando non aspiciunt directe solem quam quando eum directe aspiciunt, ita oculi intellectuales melius possunt videre quando aspiciunt tuam Potestatem & Sapientiam & Voluntatem in creaturis, quam quando eas aspiciunt in Te tantum; quia, sicut propter magnam fragilitatem oculorum corporalium & magnam influentiam splendoris solis, ipsi oculi non possunt ita bene videre quando aspiciunt solem, sicut quando aspiciunt ad aliam partem, ita propter magnam influentiam virtutis, quae est in tua Potestate & Sapientia & Voluntate intellectus non potest ita
bene

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 17
bene intelligere nec memoria memo-
rare tuam Potestatem & Sapientiam
& Voluntatem , quando eas solùm
aspiciunt in Te , sicut quando eas as-
piciunt in creaturis.

16. f. *Liberalis Domine , plene va-*
lore & gloria & honore ! Dum intel-
lectus intelligit se multò melius per-
cipere tuam Potestatem & Sapienti-
am & Voluntatem per id, in quo
creaturæ eas repræsentant , quām
quando **eas** intelligit in Te sinè re-
presentationē creaturarum, tunc me-
moria memorat, quòd , sicut intel-
lectus intelligit majorem splendorem
habere solem in se ipso , quām in
locis , in quæ oculi aspiciunt quin
aspiciant directè solem, ita intelligat
majorem esse tuam Potestatem & Sa-
pientiam & Voluntatem in Te, quām
ipse possit eas percipere & intelli-
gere in creaturis.

17. Et dum memoria , *Domine,*
istas res memorat de intellectu & de
tua Potestate & Sapientia & Volun-
tate,

18 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
tate, tunc intellectus intelligit, quòd,
sicut duo infantes parvuli , qui non-
dum sciunt benè loqui , melius se
invicem intelligunt quàm eos intel-
ligant homines adulti, ita intellectus
qui est res finita & terminata , sit
meliùs proportionatus ad intelligen-
dum tuam Potestatem & Sapientiam
& Voluntatem in eo in quo crea-
turæ sufficiunt ad significandam eas
quám in eo in quo non sufficiunt.

18. Nam sicut motus melius con-
venit cum animali, quàm cum albe-
dine , ita intellectus , qui est res fi-
nita, melius convenit ad intelligen-
dum per rem finitam rem infinitam,
quàm intelligat rem infinitam per
suamet infinitatem ; & sicut genus est
supra speciem & species supra indi-
viduum, ita, *Domine*, tua Potestas &
Sapientia & Voluntas habent majo-
rem virtutem in se ipsis sinè omni
comparacione, quàm sit demonstra-
tio quam creaturæ de ipsis dant hu-
mano intellectui; sed sicut intellectus
me-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 19
meliùs intelligit substantiam in spe-
cie quàm in genere, & meliùs in
individuo quàm in specie, & hoc est
ratione ipsius intellectus, qui est res
individua intra humanam speciem,
quæ est intra animal, ita intellectus
meliùs intelligit in specielitate quàm
in generalitate, licet sciat generali-
tatem esse majorem specialitatem.

19. g. *Excellens Domine super oma-
nes altitudines, vigoroſe ſuper omnes
fortitudines!* Sicut intellectus meliùs
intelligit substantiam in individuo
speciei, quàm in specie & genere, ita
ipſe meliùs intelligit tuas Virtutes per
ſignificationes particulares in rebus
creatis individuis quàm per ſignifi-
cationes universales quas creaturæ
non ſufficiunt recipere à tuis Virtu-
tibus, eo quod ſi adeò ſufficerent ad
recipiendum ſignificationes tuarum
Virtutum, ſicut tuæ Virtutes poſſunt
ſignificare, in recipiendo eſſent æqua-
les tuis Virtutibus in ſignificando, &
ſi hoc ita eſſet, vel tuæ Virtutes eſſent
fi-

20 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
finitæ in hoc, quod de Te significa-
rent, vel creaturæ haberent infinitam
virtutem recipiendi significationes
earum, & si ita esset, non essent
creaturæ, cùm omnem virtutem in
creatura necessariò oporteat esse fi-
nitam & terminatam.

20. Igitur cùm hoc ita sit, *Dō-
mine*, propterea voluisti, quòd Filius
incarnaretur in Virgine gloria nostra
tra Domina sancta MARIA, ut sit
individuum unitum ex Naturis divi-
na & humana, & per suam indivi-
duitatem humanus intellectus possit
meliús intelligere tuam Potestatem
& Sapientiam & Voluntatem & Jus-
titiam & Misericordiam & Hamili-
tatem & Patientiam & alias tuas Vir-
tutes; quia sicut homo meliús intel-
ligit albedinem in nive vel in albo
flore quàm in genere scilicet in co-
lore, ita humanus intellectus, eò quód
sit creature & res modica & misera
in comparatione magnæ magnitudi-
nis tuarum Virtutum, potest meliús
intcl-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 21.
intelligere tuas Virtutes per individuam humanitatem JESU Christi & per Passionem ipsius, quām per ulla alias res.

21. Igitur cūm hoc ita sit, *Dōmine*, qui vult elevare suum intellectum ad significaciones quas tuæ Virtutes dant de tua Perfectione, sciat recipere significaciones in individualitate, quæ nata est de nostra Domina sancta MARIA per conceptionem sancti Spiritus, ut à virtute individui Filii nostræ Dominæ exiret talis influentia ad intellectum, quòd per eam posset intelligere magnam perfectionem, quam tuæ Virtutes ipsi significant, quando intelligit id, quod memoria memorat & voluntas amat in nostro Domino JESU Christo, & quando memoria memorat & voluntas amat id, quòd intellectus intelligit in eo, & quando voluntas amat id, quod memoria memorat & intellectus intelligit in ipso.

22. h̄. *Singularis Domine simplex si-*
nē

22 B. Ray. Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.
nè ulla alteratione & corruptione!
Qui vult sequi artem & modum con-
venientem orationi & contemplatio-
ni intellectuali, sciat se juvare cum
omnibus tribus Virtutibus animæ, si-
cut homo pugnans, qui se juvat cum
ambabus manibus; quia quando me-
moria memorat unam rem, oportet,
quòd intellectus intelligat & volun-
tas ainet, quòd intellectus se mutet
ad intelligendum & voluntas ad a-
mandum aliam, quæ sit à memoria
memorata; & quando intellectus in-
telligit similiter faciant memoria &
voluntas; & quando voluntas amat;
similiter faciant memoria & intellec-
tus; & quando per hanc artem &
modum sciat homo orare & contem-
plari intellectualiter, tunc si velit
orare & contemplari, caveat ne vo-
luntas velit, quòd memoria memo-
ret & intellectus intelligat tantum de
tua Sapientia vel Potestate vel Vo-
luntate, quantæ ipsæ sunt & sic de
aliis tuis Virtutibus; quia si voluntas
hoc

hoc vellet, esset contraria memoriæ, quæ memorat, & intellectui qui intelligit ipsam non amare tuas Virtutes imo esse contrariam eis, & ratione hujus contrarietatis esse contrariam ipsis memoriæ & intellectui.

23. *Gloriose Domine!* Sicut est naturale fidei vasallo non invidere nobiliores vestes quibus est indutus suus dominus, quia sua voluntas amat, quod suus dominus habeat vestes honoratores quam ipse, eò quod memoria memorat & intellectus intelligat ipsum dominum esse digniorem se indumentis regiis, ita per contrarium sensum homines præsumptuosi & peccatores sunt contrarii tuis Virtutibus, quando volunt scire ultra terminos suæ memoriæ & intellectus & voluntatis; & sicut per istum modum prædicti homines sunt contrarii tuis honorationibus, ita per alium sunt contrarii eisdem homines pigri & negligentes, quando non conantur memorare & intelligere & ama-

24. B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
amare tuas Virtutes secundūm virtu-
tem potentialem, quam eis dedisti per
actualem possibilitatem , per quam
possint adducere in actum quidquid
habent in potentia ad gloriam & lau-
dem tuarum honorationum.

24. Unde benedictus sis , *Domine*
DEUS, quia sicut memoria plūs me-
morat & intellectus plūs intelligit rem
amatam prima intentione quām rem
amatam secundā , ita qui amant Te
prima intentione , possunt ferventiūs
& ardentius memorare & intelligere
Te & tuas honorationes quām ullam
aliam rem amatam secunda intentio-
ne: Igitur cūm hoc ita sit, qui vult
habere artem & modum orandi &
contemplandi in Te memorando &
intelligendo & amando , sciat dare
tibi totam suam primam intentionem;
quia sicut sancti gloriæ non habent
passionem , licet alii habeant majo-
rem gloriam quām alii eò quòd a-
ment tuam Justitiam prima intentio-
ne , ita qui Te amat prima inten-
tione

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 25
tione de nulla re quam pro Te pa-
titur habet intellectuali passionem
in hoc mundo.

25. i *Divine Rex gloriae! Qui es &*
fuisti & eris omnis gloria. Qui vult
habere artem & modum orandi &
contemplandi intellectualiter, oportet
quod sciat dirigere & ordinare sensu-
alitates, ut possit ordinare & dirigere
intellectualites ad orationem & con-
templationem tali modo & disposi-
tione intellectuali; quod memoria sit
camera, in qua tu sis per recordatio-
nem, & intellectus sit cereus ardens,
qui stet in medio ipsius cameræ intel-
ligendo tuas honorationes, & volun-
tas sit porta cameræ amando ipsas,
ut memoria eas memoret & intellec-
tus eas intelligat tali modo, quod
tota camera & totus intellectus & to-
ta voluntas fruantur tuis perfectis Vir-
tutibus.

26. Sed quando homines pecca-
tores, *Domine, volunt & amant orare*
& contemplari in Te, & non sciunt
pa-

26 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
parare cameram & accendere cereum
ad orationem & contemplationem,
quam amat voluntas, tunc camera
est vacua, & tu non es in ea & ce-
reus extinguitur , & ipsa impletur te-
nebris , & memoria & intellectus sunt
contrarii voluntati, & ideò voluntas
non habet, quo oret & contemple-
tur suum Creatorem, eò quòd clau-
dat portas cameræ ne in eam intrent
tuæ Virtutes,& intellectus cas videat;
& sicut camera est vacua, quando tu
non es in ea, & sunt in ipsa tenebrae
quando intellectus non intelligit Te,
ita voluntas claudit tibi cameram &
extinguit cereum , quando non vult
parare eam & accendere cereum ad
orandum & contemplandum in tuis
gloriosis Virtutibus.

27. *Virtuose Domine!* Sicut eccl-
esia sensualis est camera, quæ stat aper-
ta & est illuminata cercis , candelis
& lampadibus, ut gentes veniant in
eam ad orandum & honorandum
tuum gloriosum Altare ; ita memo-
ria

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 27
ria & intellectus & voluntas homi-
num justorum Catholicorum est ec-
clesia intellectualis, ut in ea Tibi fiat
intellectualiter oratio & contempla-
tio à memoria quæ Te memoret, &
ab intellectu qui demonstret bona
opera & sanctam vitam populo, & à
voluntate, quæ habeat tantam cha-
ritatem, quod amet salvationem er-
rantium infidelium per viam sancte
conversionis & Legis.

28. k. *Patiens Domine! qui latificas*
tuum servum in tuo amore. Quo plús
camera intellectualis est plena memo-
riâ tuæ divinæ essentiae & tuæ huma-
næ Naturæ & tuarum divinarum &
humanarum Virtutum, eò plús cereus
intellectualis illuminat totam carne-
ram; & quo plús ipsa illuminatur &
impletur tuis virtutibus, eò plús
portæ amplificantur & aperiuntur
ad introducendum virtutes in eam; &
quò plures virtutes intrant in came-
ram, eò plús ipsa extenditur & augetur,
& eo plús illuminatur cereus calore
&


28 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& splendore; Igitur, quando homo,
Domine, Te scit orare & contemplari
per istam artem moralem, tunc in-
tellectus intelligit, quòd, sicut vinum
vehementius exit à magno dolio ple-
no, quám à parvo ferè vacuo, & si-
cūt à magno dolio pleno diutius exit
vinum, quám à parvo ferè vacuo,
ita á camera plena oratione & con-
templatione excant plures virtutes &
bona exempla quām à camera vacua,
& rariūs priventur in illa virtutes
quām in ista.

29. *Glorioso Domine!* Quando ha-
bitantes in camera, in qua ardet ce-
reus, accenderunt cereum & aperi-
unt portas, tunc ejiciunt á camera
malos habitatores, qui antea erant
in ea, quando cereus erat extintus,
& tenebræ erant in camera, & porta
erat clausa habitatoribus, qui cere-
um accendunt; & postquam malos
habitatores ejecerunt, tunc claudunt
eis portam ne iterum intrent; quia
dum mali in ea sunt, non possunt
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLII. 29
in ea esse boni, nec dum boni sunt
in ea, & cereus est accensus, possunt
in ea esse mali, qui sunt amatores
tenebrarum: Igitur qui vult habere
bonam artem & modum orandi &
contemplandi intellectualiter, sciat
orare & contemplari oratione & con-
templatione morali, in qua memo-
ria capta & ligata non possit aliud
memorare nisi moralem orationem
& contemplationem formatam in in-
tellectu & voluntate, qui per ordi-
natam memoriam eam formant &
figurant.

30. *Misericors Domine!* Sicut neces-
sario oportet compositorem musicæ
habere suum intellectum & suam me-
moriā & suam voluntatem in ver-
bis & sono & cantione, quam vult
componere, ita omnis homo, qui
moraliter velit orare & contemplari,
potest per artem prædictam constrin-
gere suum intellectum ad intelligen-
dum & suam memoriam ad memo-
randum & suam voluntatem ad aman-
dum

30 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
dum illas res, in quibus Te vult orare
& contemplari : *Igitur cùm hoc ita*
sit , & tuus servus per tuam gratiam
sit translator hujus operis ex arabico in
suam linguam nativam catalanam ,
,, & sua memoria & suus intellectus
,, & sua voluntas conentur quantum
,, possunt ascendere ad orandum &
,, contemplandum suum honoratum
,, Creatorem, propterea transfert &
,, mutat in hac translatione multas
,, rationes , quæ non sunt adeò altæ
,, in exemplari arabico, & loco illo-
rum ponit alias altiores & perfec-
tiores ad orandum & contemplan-
,, dum tuam sanctam Naturam
,, humanam & tuam glori-
,, osam Naturam
,, divinam.



CAPUT

CAPUT CCCLIII.

Quomodo homo per moralem intelligentiam & per Allegoriam & Anagogiam oret & contempletur Virtutes nostri Domini DEI.

I. **O** Magne DEUS in omnibus honoribus & virtuose in omnibus valoribus! Qui tuas gloriosas Virtutes vult considerare per novum & extraneum modum orationis & contemplationis, oportet, Domine, quod faciat duas figuram unam sensualem & aliam intellectualem, & faciat eas concordare ad recipiendum excellentes significaciones, quas tuæ gloriosæ Virtutes dant de se ipsis, ut noster intellectus & memoria & voluntas possint memorando & intelligendo & amando frui tua gloria & perfecta Potestate & Sapientia & Voluntate & Justitia & Misericordia & Humilitate & Patientia & aliis tuis Virtutibus.

2. Glo-

2. *Gloriose Domine!* Duæ figuræ, quibus moraliter volumus orare & contemplari tuas Virtutes, sunt duæ virtutes visivæ, quarum una est sensualis & alia intellectualis; & oportet, quod cum figura sensuali ad ciò videat homores sensuales, quod cum virtute visiva intellectuali possit videre in memoria tres cameras, scilicet tria granaria, & possit videre in intellectu tria capita, & in voluntate tres pedes; & quando homo cum virtute visiva intellectuali viderit istas novem res in anima, oportet, quod cum virtute visiva sensuali videat tot rerum sensualium, quod virtus visiva intellectualis possit cum novem rebus praedictis videre & considerare & orare & contemplari tuas sanctas Virtutes gloriofas.

3. *Cælestis Domine!* Quando homo ordinaverit omnes istas res, oportet, quod ponat alias res ante alias, & ponat & dicat, quod visus sensualis sit primus oculus, & visus intellec-

tellestialis secundus, & quod trium
camerarum una sit prima, & alia me-
dia, & alia extrema, & hoc idem est
de tribus capitibus & de tribus pe-
dibus; & quando homo posuerit pri-
mum & medium & ultimum, id quod
convenit in memoria & in intellectu
& in voluntate, oportet, quod in
prima camera ponat & recondat crea-
turas, & in secunda ponat & recon-
dat id, quod creaturæ significant de
tuis Virtutibus, & in tertia ponat id,
quod tuæ Virtutes significant de Te;
& quando homo, *Domine*, ordinave-
rit memoriam isto modo, oportet,
quod ordinet intellectum tali modo,
quod primum caput recipiat signifi-
cationes creaturarum, quas memoria
posuit in prima camera, & secundum
caput recipiat significaciones, quas
creaturæ dant de tuis Virtutibus,
quas memoria posuit in secunda ca-
mera, & tertium caput recipiat sig-
nificationes quas tuæ Virtutes dant
de tua gloriofa Essentia divina, quas

34 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
memoria posuit in tertia camera; &
quando ordinaverit intellectum isto
modo, oportet, quod ordinet & di-
rigat voluntatem tali modo, quod
primus pes vadat ad primam came-
ram & ad primum caput, & secundus
ad secundam cameram & ad secun-
dum caput, & tertius ad tertiam ca-
meram & ad tertium caput.

4. b. *Domine magne! qui omnia com-
prehendis & scis & potes.* Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelli-
gimus plus scire hominem in rebus sen-
sualibus per virtutem visivam intellec-
tualem, quam per sensualem; quia
oculi corporales non possunt videre
in corpore nisi colorem & formam,
& oculi intellectuales sufficiunt ad
videndum totum corpus in forma &
colore & superficie & materiam, cum
omnes istas res intelligat intellectus
in rebus corporalibus, & oculi cor-
porales non videant in eis, nisi colo-
rem & formam.

5. *Gloriose Domine!* Sensualiter sen-
timus

timus & intellectualiter intelligimus corpus esse compositum ex tibis rebus, scilicet ex longitudine & latitudine & profunditate; & istas tres res esse intra corpus usque ad Supremam extremitatem ipsius; & extra corpus componi per istas tres res sex rectitudines intra quas est totum corpus, scilicet sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, antrorsum, & retrorsum, quæ rectitudines sunt extra extremitates corporis: Igitur cum hoc ita sit, visus sensualis non videt in corpore tres res, ex quibus est compositum, nisi exterius in extremitate ipsius; quia si eas videret, videret superficiem & materiam, quod est impossibile; nec videt omnes sex rectitudines in corpore; quia si eas videret, videret superficiem posteriorern, quæ est retrō corpus, quod est impossibile; verum tamen est, quod hæc impossibilitas appropinquet plus possibilitati, in quibusdam corporibus quam in aliis, sicut in vitro & cris-

36 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
cristallo: Igitur cum oculi intellectus,*Domine*, videant per intelligentiam intra & extra tres res, ex quibus corpus est compositum, & videant sex rectitudines, quas ipsa componunt, propterea certificatur homo plus per visum intellectualem, & potest per eum plus intelligere, quam per visum sensualem, qui non sufficit ad videndum tantum quantum visus intellectualis.

6. *Virtuose Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus priam virtutem visivam non videre in individuo animali rationali nisi unam individuitatem, & secundam virtutem visivam videre in illa individuitate tres res, ex quibus ipsa est composita, scilicet corpus & animam & conjunctionem, & videre quamlibet harum trium rerum in Trinitate, quia intelligit animam esse in tribus rebus, quae sunt materia & forma & conjunctio intellectuales, & corpus esse in aliis tribus, quae sunt
ma-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 37
materia & forma & conjunctio sen-
suales, & conjunctionem animæ &
corporis esse in aliis tribus scilicet
in conjunctione materiæ sensualis &
intellectualis, & formæ sensualis &
intellectualis, & conjunctionis sensualis
& intellectualis, & ita virtus visiva
intellectualis videt in animali unam
rem in novem, & novem in una &
virtus visiva sensualis non potest in
eo videre nisi unam unitatem. Igi-
tur cum hoc ita sit, *Domine*, per hoc
significatur humano intellectui se-
cundam virtutem visivam valere plūs
& posse plūs & esse veram plūs quam
primam; & quia plūs & melius &
plures res videt, deberet nominari
prima, sicut substantia nominatur pri-
ma in individuo; sed quia per res
sensuales venit homo ad cognitionem
rerum intellectualium, propterea o-
portet, quod nominet primam virtu-
tem illam, quæ prius videt & postea
offert id, quod vidit secundæ virtu-
ti visivæ.

38 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
7. O Domine DEUS! Qui omnia
vides & potes. Sensualiter sentimus
primam virtutem visivam non vide-
re elementa simplicia, nec videre in
eis, in quantum sunt simplicia, pro-
prietates nec levitatem nec ponde-
rositatem eorum, verumtamen trac-
tus sentit in elementis compositis pon-
derositatem, sed non sentit in eis le-
vitatem, licet sentiant quædam cor-
pora esse leviora aliis, quia in om-
ni corpore quantumcunque levi sen-
tit ponderositatem & non levitatem,
& sentimus primam virtutem visivam
non videre ascensum nec descensum
elementorum simplicium, sed solum
compositorum: Igitur cum secunda
virtus visiva videat quidquid videt
prima, & quidquid ipsa non videt nec
potest videre, per hoc significatur se-
cundam esse nobiliorem primam &
propterea melius debere ei credi &
obediri quam primæ.

8. Igitur cum omne corpus ele-
mentatum, Domine, sit generabile &
cor-

corruptibile & augmentabile & diminuibile & in omni corpore , in quo sit generatio & corruptio , sint formæ potentiales ante formam actua-lem , & cùm primus visus non vide- at in corpore elemento nisi formam actualem , nec in uno eodem tem- pore possit videre augmentum & de- crementum naturale, quod sit in ve- getabilibus & in animalibus, nec pos- sit videre ullam formarum potentia- lium , & cùm secundus visus per in- telligentiam videat omnes istas res, si sencundus visus videt totum pri- mum , & primus nihil videt de se- cundo , significatur secundum verio- rem esse primo , eò quòd habcat vir- tuteM videndi res sensuales & intel- lectuales , & primus non possit videre ullam rerum intellectualium nec suf- ficiat ad videndum tot res sensuales quot videt secundus.

9. *Honorate Domine ! Intellectua- liter intelligimus primum visum non videre tempus præteritum nec futu- ru[m],*

40 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
rum , & secundum visum videre præ-
teritum & præsens & futurum , nec
primum visum videre alterationem
nec motum , qui ficit in rebus sen-
sualibus tempore futuro , nec qui
factus est tempore præterito , nec vi-
dere intra se ipsum nec intra viscera
corporis , sed solum extra corpus ,
& visum intellectualē videre om-
nes istas res , & primum visum , *Do-*
mīne , videre plus in alio quām in
se ipso , quia nullus visus sensualis
videt se in se ipso , sed visus intellec-
tualis videt se ipsum , & videt alias
res prædictas : Igitur quia per omnes
prædictas res probatur secundum vi-
sum esse meliorem primo , propterea
oportet quod secundo visu moraliter
oramus & contemplēmur tuas sanc-
tas Virtutes glorioſas , ut per mora-
litatem constringamus ipsum visum
ad fruendum tuis Virtutib⁹ in illis
rebus in quibus proponimus eas ora-
re & contemplari .

10. d. *Rex honorate glorioſe ! Qui*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 41
es gloria omnis glorie. Cùm supra pro-
baverimus secundam virtutem visi-
vani videre plus per intelligentiam
in rebus sensualibus quám primam,
per hoc ipsa videt, quòd memoria
recondat nobiliorem virtutem in se-
cunda camera quám in prima, & in
tertia quám in secunda: unde quan-
do secundus visus videt id, quod me-
moria ponit & recondit in prima ca-
mera & in secunda & in tertia, postea
videt tuas virtutes in secunda, & Te
in tertia.

ii. *Virtuose Domine! Quando se-*
cundus visus videt meliorem secun-
dam cameram quám primam, & ter-
tiam meliorem quám secundam, tan-
tò videt plùs & nobiliùs & virtuo-
siús in secunda camera quám in pri-
ma & in tertia quám in secunda; &
propterea quando secundus visus vi-
dit omnes tres cameras & id, quod
memoria ponit in eis, tunc respicit
& aspicit se ipsam in tribus cameris
& videt se meliorem & nobiliorem
in

42 B, Ray, Lulli, Lib. Contēpl. Vol. III.
in secunda quām in prima & in ter-
tia quām in secunda,

12. *Perfecte Domine!* Ratio & cau-
sa quare secundus visus videt melio-
rem unam cameram quām aliam, &
videt se meliorem in una quām in
alia, est, quia memoria recondit id,
quod ponit in prima camera per se-
cundam intentionem, & id, quod
ponit in secunda per primam, & id
quod ponit in secunda secundūm re-
lationem ad tertiam recondit in ea
per secundam intentionem & id quod
ponit in tertia per primam; & propter-
terea secundus visus sequitur modum
camerarum in intentione, & respicit
primam cameram secunda intentio-
ne, & secundam primā, & tertiam
prima intentione respectu secundā
& secundam, secunda intentione res-
pectu tertiarū; & quia prima intentio
valet plus quām secunda, propter
valent plus memoria & intellectus &
voluntas in secunda camera quām
in prima, & in tertia quām in se-
cunda.

13. c.

13. e. *Salvator Domine sanctificate benedicte!* Intellectualiter intelligimus, quod si prima camera esset in æquali virtute cum secunda, & secunda cum tertia, sequeretur, quod prima esset in virtute & nobilitate æqualis tertiae, & si ita esset, sequeretur, quod prima virtus visiva in virtute & nobilitate esset æqualis secundæ, & si ita esset, color esset in substantia res substantialis, quoniam primus visus haberet adeò magnam virtutem in videndo colorem, sicut secundus in videndo tuam Substantiam gloriosam, quod est impossibile, & per hanc impossibilitatem probatur, quod prima camera non valeat tantum quantum secunda, nec secunda tantum quantum tertia, nec primus visus tantum quantum secundus.

14. Si ita esset, *Domine*, quod primus visus tantum valeret in virtute & in occasione quantum secundus, sequeretur, quod primus visus haberet virtutem intellectualē visi-

vam

44 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
yam & secundus haberet sensualem,
& hoc est impossibile; quia sensuali-
ter sentimus visum corporalem non
posse videre substantiam incorpore-
lēm , nec intellectum posse videre
sensualiter substantiam corporalem;
quoniam si oculi corporales viderent
res spirituales & oculi intellectuales
viderent res corporales , idem essent
res corporales & spirituales & oculi
corporales & spirituales , quod est
impossibile; quia si esset possibile, Tu
& creaturæ corporales & spirituales
essetis idem in qualibet camerarum
duarum virtutum visivarum, quod est
impossibile.

15. *Virtuoſe Domine!* Si primum
caput & primus pes haberent tantam
virtutem in prima camera, quantam
secundum caput & secundus pes ha-
bent in secunda, & secundum caput
& secundus pes haberent tantam virtu-
tem in secunda camera quantam ter-
tium caput & tertius pes habent in
tertia , sequeretur , quod omnes vir-
tutes

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIIII. 45.
tutes essent æquales & sequeretur, quod
Tu & creaturæ haberetis æqualem
potestatem & Sapientiam & volun-
tatem & æquales virtutes & qualita-
tes; & si ita esset, Tu & creaturæ
essetis Creator & creaturæ, & DE-
US & creaturæ, quod est impossibi-
le, & per hanc impossibilitatem pro-
batur, quod secundum caput & se-
cundus pes habeant majorem virtu-
tem in secunda camera quam pri-
mum caput & primus pes in prima,
& tertium caput & tertius pes habe-
ant majorem virtutem in tertia ca-
mera, quam secundum caput & se-
cundus pes in secunda.

16. f. *Misericors Domine, digne om-
ni reverentia & honore!* Sensualiter
sentimus in rebus sensualibus, & in-
tellectualiter intelligimus in rebus in-
tellectualibus memoriam accipere à
prima camera ut recondat in secun-
dâ, & à secunda, ut recondat in ter-
tia, & intellectum aspicere cum pri-
mo capite in primam cameram, ut
cum

46 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
cum secundo possit aspicere in se-
cundam , & cum secundo aspicere in
secundam , ut cum tertio possit vide-
re in tertia ; & idem est de volunta-
te , quæ cuin primo pede se mouet
ad primam cameram & ad primum
caput ut cum secundo possit ire ad
secundam cameram & ad secundum
caput , & cum secundo pede se mo-
vet ad secundam cameram & ad se-
cundum caput , ut cum tertio ire
possit ad amandum in tertia camera
& tertio capite : Igitur cum hoc ita
sit , per hoc significatur finalis ratio
in tertia camera & tertio capite &
tertio pede.

17. Nam , si finalis ratio , *Domi-
ne* , esset in prima camera & primo
capite & primo pede , Tu esses *in
esse* , ut essent creaturæ , & creatu-
ræ non tibi servirent , nec à Te pos-
siderentur , imo Tu possidereris ab eis ,
quòd est impossibile ; & per hanc im-
possibilitatem probatur , quod causa
finalis non consistat in prima camera
nec

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCCLIII. 47
nec in primo capite nec in primo,
pede, & sic probatur ipsam dividiri
in duas quarum una est in secunda
camera & secundo capite & secundo
pede, & alia in tertia camera & ter-
tio capite & tertio pede: Igitur si-
cut individuum est sub specie, ita
prima camera & primum caput &
primus pes sunt sub secunda camera
& secundo capite & secundo pede;
& sicut species est sub genere, ita se-
cunda camera & secundum caput &
secundus pes sunt sub tertia camera
& tertio capite & tertio pede; & prop-
terea causa finalis & prima intentio
sunt in una figura in secunda cam-
era & secundo capite & secundo pe-
de, & in alia majori & nobiliiori fi-
gura sunt in tertia camera & tertio
capite & tertio pede.

18. Igitur cum hoc ita sit, *Do-*
mine, qui habet aures & oculos in-
tellectuales audiat & videat, quomo-
do moraliter significetur per neces-
farias rationes tua sancta Incarnatio-
glo-

48 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
gloriosa secundæ virtuti visivæ in fi-
nali ratione , quæ est in secunda ca-
mera & secundo capite & secundo
pede , ut prima causa videatur à vir-
tute visiva intellectuali in tertia ca-
mera & tertio capite & tertio pede
per secundam cameram & secundum
caput & secundum pedem ; quia si-
cūt finalis ratio , quare rota movetur
ab aqua , & mola à rota , est fatina;
ita finalis ratio & prima intentio qua-
re secunda camera & secundum ca-
put & secundus pes sunt causa fina-
lis primæ cameræ & primi capitum &
primi pedis, est ut tertia camera &
& tertium caput & tertius pes sint
causa finalis secundæ cameræ & se-
cundi capitum & secundi pedis: Igitur
sicut finalis ratio antecedit aquam
antequam moveat rotam , ita finalis
ratio in tertia camera & tertio ca-
pite & tertio pede movet causam
finalem , quæ est in secunda cam-
era & secundo capite & secundo pe-
de , & hæc movet primam came-
ram

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCCLIII. 49
ram & primum caput & primum pe-
dem : Igitur cum hoc ita sit, *Domi-
ne*, quantum in hoc mundo secun-
da camera potest recipere de prima,
& secundum caput potest videre de
primo, & secundus pes potest velle
de primo, tantum in alio saeculo e-
runt secunda camera, & secundum
caput, & secundus pes medium, ut
in tertia camera & tertio capite &
tertio pede anima possit in gloria o-
rare & contemplari unum DEUM
gloriosum, & in secunda camera &
secundo capite & secundo pede ora-
re & contemplari tuam sanctam Hu-
manitatem gloriosam.

19. g. *Amator Domine amantium
Te, honorator Domine honorantium Te!*
Ratio & causa, quare sit differentia
inter unam cameram & aliam, &
unum caput & aliud, & unum pe-
dem & alium, est diversitas, quæ est
inter significationes, quas creaturæ
dant de se ipsis in prima camera pri-
mo capiti & primo pedi, & quæ est

D in-

50 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
inter significaciones, quas dant de
tuis Virtutibus in secunda camera se-
cundo capiti & secundo pedi diver-
sas à significationibus, quas tertia
camera recondit; & tertium caput res-
picit & ter ius pes amat de eo, quòd
tuæ Virtutes significant de tua glo-
riosâ Essentia; quia sicut elementa-
lis materia est una in vegetabilibus
& animalibus, ita memoria est una
in omnibus tribus cameris & intel-
lectus in omnibus tribus capitibus,
& voluntas in omnibus tribus pedi-
bus; sed sicut materia recipit diver-
sam formam in pomo & diversam
in animali; ita memoria, quia habet
majorem virtutem in una camera
quàm in alia, & intellectus in uno
oculo, quàm in alio, & voluntas in
uno velle quàm in alio, propterea
intrat diversitas virtutum in memo-
riam & intellectum & voluntatem,
quæ diversitas est concordans, quan-
do ordinatè secundum recipit à pri-
mo, & tertium recipit à secundo ta-
liter,

'Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 51
liter, quòd secundum sit medium in-
ter primum & tertium.

20. *Gloriose Domine!* Sicut opor-
tet superficiem sensualiter esse medi-
um inter materiam & colorem, ut
color possit objectari primæ virtuti
visivæ; ita oportet in qualibet trium
potentiarum animæ esse medium,
quòd sit animæ occasio cognoscendi
id, quod creaturæ significant de se
ipsis & de tuis Virtutibus, & id,
quod tuæ Virtutes significant de tua
gloriosa Essentia & de se ipsis: Igi-
tur sicut substantia, in qua est ma-
teria & superficies & color est una,
licet sit diversitas unius & alterius
objecti in hoc, quòd color sit pri-
mo visui objectum diversum à super-
ficie & materia, & superficies sit
objectum diversum à materia, quæ
superficies & materia sunt objectum
secundo visui, ita anima est una
substantia licet in ea tres cameræ &
tria capita & tres pedes sint res ab
invicem diversæ, eo quòd qualibet
caine-

52 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
camerarum & capitum & pedum sit
objectum appropriatum, in quo cre-
aturæ & earum significationes, &
significationes quas dant de tuis
Virtutibus, memorentur & videan-
tur & amentur, secundūm quod su-
pra continetur.

21. *Gratiose Domine!* Qui habet
aures audiat & qui habet oculos
videat, & qui habet memoriam sciat
memorare & qui habet intellectum
sciat intelligere, & qui habet vo-
luntatem sciat velle moralem oratio-
nem & contemplationem, per quam
significatur tua sancta Trinitas & tua
virtuosa Unitas & tua sancta Incar-
natio & tua gloriosa Passio; quia si
anima est una in tribus diversis po-
tentiis, & quælibet potentia est una
licet diversificantur in ea tria objec-
ta; quantò plus Creator potest esse
unus in tribus Personis? & si in qua-
libet trium potentiarum est objectum
medium, in quo tertium & primum
conjunguntur, ut tertium videatur
per

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 53
per primum, quantò plús tua glo-
riosā Humanitas potest esse secundum
objectum, in quo videatur perfectio
quaꝝ est in tertio & primo? Igitur
cūm istae similitudines & moralitates
sint duræ ad intelligendum, si aliquis
fortè eas non intelligat, sciat tamen
redire ad principium capitis quo us-
que per ordinationem illius possit in-
telligere talia verba.

22. h. *Desiderate Domine amoroſe!*
Qui tuis ſervis paras perdurati'les be-
nedictiones. Quando homo conſide-
rat tres cameras, & vult eas figurare
& imaginari intellectuali moralitate,
tunc moraliter figuratur humano in-
tellectui quælibet camerarum in sua
figura; quia prima camera ſe demons-
trat ſimilem palatio Regis, in quo
ſunt mansiones diverſorum officio-
rum ſcilicet habitaculum, in quo Rex
dormit & aula in qua habet ſuum
conſilium, & culina in qua præpa-
rantur cibi, & stabulum in quo ha-
bitant bestiæ; & ſecunda ſe demons-
trat

54 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
trat similem Ecclesiæ, ad quam va-
dit homo, ut Te oret & contimple-
tur, & laudet & precetur; & tertia
se demonstrat similem libro sacræ
scripturæ.

23. *Glorioſe Domine!* Sicut homo
moraliter figurat & considerat præ-
dictas cameras, ita oportet, quòd fi-
guret & consideret, prædicta capita;
quia sicut in eis est diversitas, ita
habet quodlibet diversam figuram ab
alio, cò quòd moraliter & spiritua-
liter primum caput non habeat nisi
unum oculum & habeat ipsum retro
in capite; & secundum habet tres ocu-
los unum ante in facie & alium in
medio & alium retro; & tertium ca-
put sit coronatum valde nobili &
gloriosa corona.

24. *Virtuoſe Dimine!* Sicut per
moralem intelligentiam figurantur
tres cameræ & tria capita, ita per
moralem intelligentiam figurantur
humano intellectui tres pedes diver-
sarum figurarum; quorum primus ha-
bet

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 55
bet figuram inversam in hoc, quod
talus antecedat & anterioritas sit
retro; & secundus pes habet veram
figuram pedis in hoc, quod ante-
rioritas sit ante talum; & tertius pes
habet figuram fontis: Igitur cum hoc
ita sit, qui vult orare & contempla-
ri tuas gloriose Virtutes morali in-
telligentia, sciat habere cognitio-
nem de moralitatibus praedictis.

25. i *O Domine DEUS gloriose, gra-*
tiose Pater cælestis potens! Postquam
homo intellectualiter figuraverit &
imaginatus fuerit figuras per mora-
ritates consideratas, tunc oportet,
quod inquirat in eis finalem ratio-
nem & primam intentionem & se-
cundam, ut sciat quænam figu-
ræ sint meliores, & quænam ha-
beant nobilioia officia; & quando
homo introierit in hanc intellectua-
lem inquisitionem moralem, tunc fi-
gurabitur suo intellectui, quod in
palatio & Ecclesia sit secunda inten-
tio & in sacra scriptura prima inten-
tio

56 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III,
tio & causa finalis, & in corona sit
prima intentio & causa finalis, & in
primo oculo & in tribus secundi ca-
pitis sit secunda intentio, & in pe-
de qui incedit retrorsum & in pede
qui incedit anterius sit secunda in-
tentio & in pede qui est in figura si-
milis fonti sit causa finalis & prima
intentio.

26. *Ordinate Domine!* Sicut igni
esset impossibile calefacere & combu-
rere ullam rem, nisi esset compositus
cum aliis elementis, ita esset impos-
sibile animæ habere librum & coro-
nam & fontem sinè palatio & Ecle-
sia & uno oculo primi capitum & tri-
bus oculis secundi; quia, sicut cau-
sa finalis non posset venire in actum
sinè factore & materia & forma, ita
in anima non posset esse liber nec co-
rona nec fons sinè prædictis rebus:
Igitur sicut tribus causis, quæ sunt,
ut sit causa finalis, est data secunda
intentio, & causæ finali prima, ita
sacræ scripturæ & coronæ & fonti est
data

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 57
data causa finalis & prima intentio,
& aliis rebus prædictis secunda.

27 *Sapiens Domine ! Sicut forma*
ensis representando se ipsam demons-
trat materiam & artificem & causam
finalem , ita liber & corona & fons,
in quibus est prima intentio & cau-
sa finalis demonstrando se ipsos de-
moustrant prædictas figuræ , quæ
sunt sub eis in secunda intentione;
& sicut figuræ , in quibus est prima
intentio , demonstrant figuræ , in
quibus est secunda , ita figuræ , in
quibus est secunda intentio demons-
trant figuræ , in quibus est prima:
Igitur cùm hoc ita sit , qui vult cog-
noscere alias & alias figuræ , sciat
cognoscere & scire per moralitates ,
in quibus figuris sit prima intentio ,
& in quibus secunda ; quia sicut sen-
sualiter inquirit homo interrogando
vel aspiciendo vel palpando vel gus-
tando vel odorando , ita intellectua-
liter inquirit res intellectuales inqui-
rendo primam intentionem cum se-
cunda

cunda & secundam cum prima.

28. k. *Æterne Domine infinite! qui es sinè fine & sinè principio.* Intellectualiter intelligimus, quod sicut secunda virtus visiva videt plus in corpore quam prima, ita memoria multo plus sine omni comparatione recordat in secunda camera quam in prima, & intellectus multo plus videat tribus oculis, qui sunt in secundo capite, quam uno oculo, qui est in primo capite, & voluntas multo ferventius moveatur ad eundum pede tendente antrorsum, quam pede tendente retrorsum.

29. *Virtuose Domine!* Sicut memoria habet virtuosioram memorationem in secunda camera quam in prima, ita habet virtuosioram memorationem in tertia camera, quam in secunda; & tertium caput videt plus in tertia camera quam in secunda, & tertius pes vult plus in tertia camera quam in secunda; quia quanto memoria potest memorare &

in-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIII. 59
intellectus intelligere, quod tu valeas plus quam creaturæ, tanto memoria memorat & intellectus intelligit in se esse plus virtutis, quando fruuntur Te per tuas met Virtutes quam quando fruuntur tuis Virtutibus per significaciones, quas de eis dant creaturæ; & propterea voluntas amat plus & habet plus virtutis, quando amat Te fruentibus memoriâ & intellectu tuo *Essē* divino per tuas Virtutes, quam ipsis fruentibus tuis Virtutibus per creaturas.

30. *Juste Domine!* Sicut anima melius demonstrat suam virtutem in quibusdam membris corporis, quam in aliis, ita memoria demonstrat melius suam virtutem in una camera, quam in alia, & in uno capite quam in alio, & sicut natura plus inordinatur in quibusdam sensibus sensualibus quam in aliis, & inordinationes sunt damnosiores in quibusdam sensibus quam

60 B.Ray. *Lalli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quām in aliis, ita memoria habet
majorem culpam quando peccat in
tertia camera, quām in secunda, &
in secunda quām in prima, & intel-
lectus, qui errat, habet majorem cul-
pam in tertio capite quām in secun-
do, & in secundo quām in primo;
& voluntas, quando disamat veri-
tatem, habet majorem culpam in
tertio pede quām in secundo, & in
secundo quām in primo; & si hoc
ita non esset, vitia non possent tan-
tum multiplicare culpam quantum
virtutes meritum; & si hoc ita es-
set, libera voluntas non esset æqua-
liter inter meritum perdurabilis glo-
riæ & meritum perdurabilis pœ-
na, per quas cognoscitur tua
excellens gloria



CAPUT

CAPUT CCCLIV.

Quomodo homo orando & contemplando suum gloriosum DEUM per moralem Allegoriam & Anagogiam & Intelligentiam consideret pugnam, quæ est inter corpus & animam.

I. **O** DEUS infinite eterne! à quo
a. veniunt omnes gratiae & benedictiones. Qui vult inquirere & sci-
re per moralitates sensuales & intellectuales pugnam & contrarietatem,
quæ est inter corpus & animam, o-
portet, Domine, quòd sciat forma-
re formam moralem compositam ex
sensualitatibus & intellectualibus,
& occultet auditui sensuali nomina
sensualia, & ea nominet tali modo
moraliter, quòd intellectualites
possint intelligere sensuales morali-
tates.

2. Igitur quia per istum modum,

De-

62 B. Ray. *Lulli Lib. Contpl. Vol. III.*
Domine, formatur & dirigitur ars
moralis, & nos proponimus eam de-
monstrare, ut homo habeat artem
& modum per quem cum moralita-
te constringat suam animam ad ha-
bendum suam memoriam & suum
intellectum ad id, in quo sua volun-
tas proponit orare & contemplari;
propterea ponimus & dicimus, quod
tres Domicellæ valde nobiles & val-
de pulchræ sint in vertice alti mon-
tis, & prima memoret id, quod se-
cunda intelligit, & tertia vult, & se-
cunda intelligat id, quod prima me-
morat & tertia vult, & tertia velit
id, quod prima memorat & secun-
da intelligit.

3. *Vere Domine!* In quodam ver-
tice alti montis stabant prædictæ tres
Domicellæ, multùm nobiles & mul-
tùm pulchræ, quarum una ascende-
bat & descendebat & circuibat to-
tum montem; & dum ambularet, res-
pexit & vidit quandam arborem altam
multùm pulchram & magnam onera-
tam

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 63
tam multis floribus foliis fructibus,
arbor sita erat ad pedem montis &
illam rigabant fontes & flumina, quæ
descendebant de monte & ascende-
bant.

4. b. *Gratiose Domine super omnes
gratias! qui aggratias tuos amatores
eternis beatitudinibus.* Dum sic Domicella considerabat arborem, vidit è magna sylva progreedi quoddam animal, quod appropinquabat versus arborem; collum illius bestiæ erat divisum instar stateræ in duo capita, quorum dextrum erat in figura hominis, & sinistrum in figura bestiæ, & dum bestia ibat ad arborem, quandoque elevabat unum caput & depri-
mebat aliud.

5. Dum ista Domicella, *Domine,* aspiciebat animal, quod isto modo appropinquabat ad arborem, vidit quod in sinistro capite erant duæ sca-
læ erectæ, quarum prima habebat quatuor gradus, & secunda quinque; in prima scala quatuor graduum erant
duæ

64 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
duæ bestiæ, una differens ab altera
in genere & specie & figura, & in
secunda quinque graduum erant quin-
que bestiæ omnes inter se differentes
in figura & officio.

6. Postea Domicella contempla-
ta est caput dextrum in figura ho-
minis, in quo vidit pariter duas
scalas erectas, & in quarum qua-
libet erant quinque gradus; in pri-
ma scala stabant tres Reginæ mul-
tum pulchræ & nobiliter vestitæ; in
secunda quatuor Reginæ quæ servie-
bant tribus Reginis prædictis, omnes
septem differentes inter se in figura
& specie & munere.

7. c. *Singularis Domine sine pari &*
socio! qui es perfectio meæ devotionis.
Postquam Domicella vidit animal fi-
guratum prædictis figuris junctum esse
arborei, levavitque dextrum caput, &
duas illius scalas ad arborem quibus
scandentes septem Reginæ in ipsam
arborem comederunt de floribus &
fructibus illius, prout cuilibet con-
ve-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 65
veniebat , illis verò comedentibus
septem bestiæ clausæ in sinistro ca-
pite depresso in terram præ fame mul-
tum clamiabant , ut animal erigeret
sinistrum caput , & dextrum inclina-
ret ; quod cuin animal fecisset ascen-
debant septem bestiæ per scalas in ar-
borem , vorabantque folia , & arro-
debant branchas secundùm quod
conveniebat suæ naturæ , destruebant
autem flores & fructus cibum Re-
ginarum.

8. Quo viso , *Domine* , septem Re-
ginæ plangebant & precabantur ani-
mal , ut elevaret caput dextrum &
deprimeret sinistrum ad hoc , ut ip-
sæ comederent ; & propterea animal
elevavit caput dextrum & depresso
sinistrum , & bestiæ iterum plorarunt
& clamarunt ad ipsum , & elevavit
caput sinistrum & depresso dextrum ;
& ita animal nihil aliud faciebat , ni-
si modò elevare unum caput & mo-
dò aliud , deprimendo caput oppo-
situm ; & dum una Domicella , quæ

E am-

66 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ambulabat per montem , vedit elevationem & depressionem modō unius modò alterius capitis , altera Domicellarum , quæ erant in vertice montis , incepit memorare omnes prædictas res, & altera incepit ridere.

9. *Gloriose Domine !* Postea septem Reginæ inierunt consilium quomodo septem bestias debellarent ; ut caput sinistrum possent subjugare ; & septem bestiæ videndo septem Reginas velle contra eas pugnare etiam habuerunt consilium ad præparandum se ad pugnam , ut septem Reginas destruerent & caput dextrum animalis ligarent & possiderent ; & dum una Domicella videbat omnes istas res , alia memoravit eas , & alia risit.

10. *d. Æterne Domine in omni tempore ! qui fuisti & es & eris sine principio.* Postquam septem Reginæ resolverunt pugnare contra septem bestias , una earum dixit , ut facerent vexillum rubeum ex serico , in cuius uno latere

latere pingeretur figura Solis, & in altero figura Lunæ, quia sunt individua, quæ non habent simile nec par nec æquale in toto mundo; & postea ferret vexillum una Domina valde bona & pulchra & valde virtuosa, & equitaret quandam valde pulchram & simplicem & mansuetam bestiam, & in bello portaret illud vexillum, ut ad aspectum ipsius fugarentur & vincerentur septem bestiæ.

ii. Postquam Regina dixit hæc verba, *Domine*, incepit loqui una aliarum Reginarum, & dixit: quod se munirent armis, quæ essent contraria armis septem bestiarum, quia naturale est bestiis non posse vinciri nisi per arma contraria suis: & quando Regina dixit hæc verba, statim fecerunt vexillum, & ipsum dederunt cuidam Dominæ valde virtuosa, quæ equitabat bestiam multò pulchriorem & majorem & simpliciorem & manufactiorem omni aliâ bestiâ, & quælibet

68 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
libet Reginarum se munivit & para-
vit armis diversis; quia una se mu-
nivit fide, & alia spe, & alia chari-
tate, & alia justitiâ, & alia sapien-
tiâ, & alia fortitudine, & alia tem-
perantia.

12. Perceptâ intentione septem
Reginarum, *Domine*, concordarunt
quoque bestiæ, ut facerent vexillum
nigrum, in cuius una parte esset fi-
gura hominis inversi, & in altera
parte figura serpentis; & habuerunt
quandam bestiam valde nigram & val-
de alteratam in figura equitantem
super quandam Dominam quæ ince-
debat ad similitudinem bestiæ ince-
dentis quatuor pedibus, & bestia fe-
rebat vexillum, in quo erant præ-
dictæ figuræ significantes duo indi-
vidua pejora & noxiora, quæ esse pos-
sint, à quibus septem Reginæ mul-
toties vincuntur; & postquam septem
bestiæ fecerunt dictum vexillum &
ipsum dederunt bestiæ equitanti Do-
minam incedentem ad similitudinem
bef-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 69
bestiæ, statim quælibet bestiarum se
munivit armis contrariis armis qui-
bus se muniverunt septem Reginæ,
quæ non possunt vinci nisi armis con-
trariis suis.

13. e. *Misericors Domine, plene mi-
sericordia & amore!* Quando Reginæ
& bestiæ fuerunt munitæ & paratæ
ad bellum, una trium Domicellarum,
quæ erant in vertice montis, inter-
rogavit alias duas, quænam videren-
tur eis esse victuræ, scilicet an Re-
ginæ an verò bestiæ? & una domi-
micellarum respondit & dixit: quòd
Reginæ essent multò melius munitæ
& paratæ ad bellum, & haberent
meliora & fortiora arīna, & prop-
terea videretur ei, quòd ipsæ debe-
rent vincere bestias; veruntamen una
bestiarum haberet adeò fortiora ar-
ma, quòd non posset vinci, nisi per
arma similia, & contraria suis.

14. Dum tres Domicellæ loque-
rentur de bello & armis Reginarum
& bestiarum, *Domine*, una eam pē-
tivit

70 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tivit ab aliis duabus Domicellis quæ-
nam esset illa Domina , quæ ferebat
vexillum rubeum & equitabat besti-
am? & una earum respondit: illam Do-
minam esse sororem illius Dominæ,
quæ incedit ad similitudinem bestiæ,
superquam equitat bestia ferens ve-
xillum nigrum , & bestiam equitan-
tem super eam esse sororem bestiæ
super quam equitat Domina ferens
vexillum rubeum.

15. Quando Domicella audivit
hæc verba *Domine* , mirata est valde,
& dixit quomodo potest esse , quod
Domina , quæ est adeò pulchra & a-
deò nobiliter induta & equitans , &
quæ est adeò bona & virtuosa, sit so-
ror adeò vilis turpis & vitiosæ fœ-
minæ , sicut est illa quam equitat a-
deò turpis bestia ? & dum Domicel-
la ita miraretur & hæc verba diceret,
una aliarum Domicellarum ei dixit:
ne mireris de eo , quod vides , quia
non est mirabile ; cō quod Domina ,
quæ est sub bestia, foret ita pulchra
&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 71
& ita nobilis & bona sicut alia, si
equitaret super bestiam; & bestia,
quam Domina equitat, esset ita vi-
lis & turpis, si equitaret super Do-
minam, sicut est bestia quæ equitat
super aliam Dominam; & Domina
esset ita vilis & turpis & vitiosa si-
cut sua soror, si incederet sicut sua
soror incedit.

16. f, *Domine magne gloriose! in quo*
confidunt mei amores. Dum Domi-
cellæ dicebant verba prædicta de sep-
tem Reginis & septem bestiis, una ca-
rum valde charè & devotè precata
est alias duas Domicellas, ut in bello
juvarent Reginas, quæ sunt eis simi-
les in natura, & non juvarent besti-
as quæ non sunt eis similes in natura
& proprietate, imo sunt inimicæ ca-
rum.

17. Postquam una Domicellarum
precata est pro Reginis, *Domine,* aliæ
dux responderunt & dixerunt se
non posse juvare Reginas sine illa,
que pro eis precabatur; & tunc Do-
micel-

72 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
micella quæ pro Reginis precabatur
respondit & dixit, se non posse ju-
vare Reginas. sinè aliis duabus; & se-
cundum hæc verba qualibet Domi-
cellarum se excusabat aliis dicendo,
quòd non haberet vim nec potesta-
rem nec virtutem sinè eis; quia si-
cut in corpore longitudo non potest
habere mensuram sinè latitudine &
profunditate, ita nulla trium Domi-
cellarum potest habere suam virtutem
in actu nec potest uti eâ sinè virtute
actuali aliarum.

18. Dum tres Domicellæ loque-
rentur isto modo, *Domine*, una ea-
rum dixit: quod omnes tres se invi-
cem juvarent, ut possent juvare Re-
ginas contra bestias in bello; & post-
quam hoc dixit, petivit ab illis: quod
nam erit adjutorium, quod poterimus
facere Reginis! & super hoc una ea-
rum responsum & dixit: majus adju-
torium, quod poterimus facere Re-
ginis, erit contemplari in magno mon-
te in quo sumus, & aspicere & re-
spicere

picere flumina & rivos & arbores & flores & fructus & prata & ripas & nemora, quæ sunt in monte; quia, in quantum contemplabimur in monte & in rebus quæ in eo sunt, in tantum Reginæ vincent bestias, & in quantum cessabimus & omittemus contemplari in monte & in rebus, quæ in eo & per eum sunt, in tantum bestiæ vincent Reginas.

19. g. *Virtuose Domine! à quo veniunt omnes virtutes.* Quando tres Dominicellæ se dederunt orationi & contemplationi, statim septem Reginæ inceperunt se movere, & insurrexerunt contra septem bestias & vulneraverunt & occiderunt & vicerunt sex; sed una habebat adeo fortia arma, & erat adeo fortis, & dabat adeo magnos ictus, quod septem Reginæ non poterant eam vincere & occidere, immò erat pugna valde fortis & valde periculosa propter magnam malignitatem, quæ erat in bestia, quæ nullis ictibus, quos daret, fatigabatur,

nec

74 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
nec ullis ictibus, quos reciperet, vin-
cebatur.

20. Adcō magnum erat prælium,
quod reginæ habebant contra malam
bestiam, *Domine*, quod nullatenus
haberent potestatem, nec vires, qui-
bus possent capere & ligare sinis-
trum caput animalis, nec deponere
scalas, in quibus erant septem bestiæ;
& secundūm quod tres Domicellæ
erant ferventes in contemplatione,
resumebant vires & reborabantur
Reginæ, & secundūm quod tres Do-
micellæ tepescabant in contempla-
tione, vivificabatur & resumebat
vires mala bestia, & juvabat alias
bestias vivificando & confortando eas
contra Reginas.

21. Dum erat valde forte & gra-
ve & periculosem prælium inter Re-
ginas & bestias, *Domine*, una trium
Domicellarum aspexit & vidit unam
septem Reginarum, quæ pugnabat
cum mala bestia plus quam aliæ, &
cum eam bestia torquebat & vulnera-
bat

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 75
bat plūs quām alias, & ab ea plūs tor-
quebatur & vulnerabatur bestia quām
ab aliis; propterea Domicella quæ
omnes istas res videbat habuit pie-
tatem de Regina , quæ adeò acriter
vulnerabatur , & adeò fortiter pug-
nabat , & incepit plangere & suspi-
rare & plorare præ pietate , quam
habebat de prædicta Regina , & aliæ
duæ Domicellæ dixerunt ei , ne fle-
as nec desoleris si Reginam amas;
quia quantó ipsa fortius pugnat &
fortius vulneratur , tantò plūs lucra-
tur, & tantò sua virtus venit plūs de
potentia in actum.

22. h. *Potens Domine super omnes
potestates! Qui habes voluntatem su-
per omnes voluntates.* Dum tres Do-
micellæ loquebantur de prælio , dor-
mitaverunt & dormierunt , & venit
una Reginarum assumens eas & des-
cendens de monte detulit eas in quod-
dam magnum nemus , quod erat val-
de procul à monte ; & dum Domi-
cellæ dormiebant in nemore , sep-
tem

76 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tem bestiæ vincebant & vulnerabant
& occidebant septem Reginas, &
lacerabant earum vexillum, & de-
ponebant à bestia Dominam, quæ
illud portabat, & faciebant bestiam
equitare super eam, & ligabant ca-
put dextrum animalis, & frange-
bant & projiciebant scalas, in qui-
bus fuerant Reginæ, & comedie-
bant folia & branchas arboris, &
destruebant flores & fructus, qui erant
cibus Reginarum.

23. *Amoroſe Domine!* Dumi Re-
ginæ vulnerabantur & vincebantur
& malè tractabantur, & suus victus
dissipabatur, convenerunt de trans-
mittendo nuntio ad tres Domicel-
las dormientes in nemore, qui eas
excitaret, ut redirent ad vigilandum
& contemplandum in monte; quia
ex quo illæ dormierunt & non fue-
runt in monte vigilando & contem-
plando, ipſæ Reginæ non habuerunt
vires nec potestatem contra bestias,
quæ eas adeo crudeliter vulnerabant
&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 77
& destruebant, & earum cibum dissipabant.

24. Postquam Reginæ proposuerunt mittere nuntium ad tres Domicellas, *Domine*, concordarunt, ut mitterent ad eas Reginam, quæ eas deposuerat de monte, & mandaverunt ei, quod eas excitaret & reduceret ad montem; & dum Regina ibat per nemus ad tres Domicellas, videbat multa mirabilia & multas bestias extraneas & turpis figuræ; & quando pervenit ad Domicellas, excitavit eas, ut viderent serpentes & bestias sylvestres quæ erant in nemore, & postea accepit & reduxit eas ad montem, ut viderent magnum damnum, quod septem bestiæ infixerant Reginis.

25. i. *Domine infinite eterne! Qui es sine omni defectu.* Quando Domicellæ fuerunt reversæ ad montem, & in eo oraverunt & contemplatae sunt, Reginæ inciperunt roborari & recuperare virtutem & vires contra bestias

78 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tias; sed ratione magni somni & lon-
gæ continuationis dormiendi , quam
Domicellæ habuerant in nemore, &
ratione magni usûs & longæ possessio-
nis quam bestiæ habuerant in anima-
li, Reginæ non poterant vincere &
superare totaliter bestias, & præsertim
unam quæ erat adeò fortis, quòd non
vinceretur ab ulla Reginarum.

26. Dum Reginæ & bestiæ prælia-
bantur quantum poterant, *Domine*,
una Domicellarum dixit aliis: quod-
nam concilium poterimus capere con-
tra illam bestiam adeò malam, quæ
ad eo fortiter pugnat & adeò vulne-
rat & destruit Reginas? respondit
alia Domicellarum: non est aliud
concilium, nisi quòd una ex nobis
vadat ad juvandum Reginas, & se
muniat armis contrariis, & armis
similibus illis, quibus pugnat mala
bestia; quia per contraria arma pug-
nabit contra bestiam, & per similia
habedit potestatem æqualem potesta-
ti bestiæ; & quia habebit duplensem
mu-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 79
munitionem & bestia non habet ni-
si simplicem armaturam, formabitur
possibilitas per quam mala bestia po-
terit vinci & superari.

27. Quando Domicella dixit hæc
verba, *Domine*, duæ earum muni-
verunt unam armis contrariis & ar-
mis similibus illis quibus pugnabat
bestia, ut similibus armis esset ita for-
tis, sicut bestia per arma contraria;
& quando Domicella fuit munita &
parata, ivit ad juvandum Reginas,
& pugnavit contra malam bestiam
dupliciter per duplia arma, quæ
ferebat; & quia bestia non habebat
tot arma quot Domicella, oportuit,
quod suæ vires vincerentur & supe-
rarentur à viribus Domicellæ; & per
victoriam malæ bestiæ fuerunt victæ
& superatae omnes aliæ bestiæ, de
qua victoria lxtatæ sunt Reginæ, &
comederunt de floribus & fructibus
arboris, & Domicellæ in monte gau-
deabant.

28. k. *Misericors Domine, plene mi-*
seri-

80 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
sericordia & gratia! Postquam Re-
ginæ auxilio unius trium Domicella-
rum vicerunt bestias: tunc his devic-
tis una Domicellarum vidit exire è
magna quadam sylva duas bestias
multūm feroces & multūm extrane-
as & sylvaticas; una illarum fuit ni-
gra à medio ad sursum, & alia me-
dias fuit in colore croceo, altera
bestia fuit viridis à medio ad sursum,
& altera medias fuit in colore al-
bo, ambæ bestiæ configebant mul-
tum fortiter una contra aliam mu-
tuò se vulnerantes, donec bestia ni-
gra & crocea vicit bestiam viridem
& albam, quâ superatâ ivit ad ani-
mal, & destruxit & vicit illud, &
divisit in duas partes, & de una par-
te fecit quatuor partes, quas tulit in
sylvam, à qua duæ bestiæ exierant;
& aliam partem non potuit divide-
re, nec in sylva collocare.

29. Postquam de animali omnia
ista fuerunt facta, *Domine*, venit mag-
na quædam avis & apprehendit par-
tem

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 81
tem animalis quæ non potuit dividi in partes contrarias, & apprehendit etiam septem Reginas, & tulit illas in magnam sylvam; & tres Domicellæ uno tempore erant jucundæ in vertice montis, & in alio tempore erant tristes & desolatae in sylvâ, in qua erant incarcerated: unde per carcerem in quo erant, una conquerebatur de altera uni septem Reginarum, quæ torquebat quamlibet Domicellarum in sylva de injuria, quam quævis alteri fecerat.

30. Dum una septem Reginarum torquebat, *Domine*, tres Domicellas, concordarunt mittere unam septem Reginarum ad verticem montis, ut inde afferret unum pomum, quod comederent & odorarentur ad hoc, ut sapore & odore pomi consolarentur & confortarentur de gravibus pœnis, quas sustinebant: denique postquam tres Domicellæ mutuò satisfecerant, venit pomum, & statim illa Regina, quæ Domicellas torserat,

F

&

82 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& alia Regina sua soror sumpserunt
tres Domicellas, & trahentes eas de
sylva reposuerunt in vertice montis in
multò pulchriori & magis delectabili
loco, quām in quo priūs steterant,
quando Reginæ & beltiæ præliaban-
tur & in illo loco ipsæ orabant &
contemplabantur magnam gloriam &
benedictionem sui Domini DEI.

CAPUT CCCLV.

*Quomodo homo per moralem figuram
cum allegorica & anagogica expositio-
ne intellectuali consideret viam Para-
disi orando & contemplando
nostrum Dominum
DEUM.*

i. **D**EUS Rex gloriæ, Pater omni-
a. **D**um temporum! Qui per mora-
lem figuram intellectuali vult ora-
re & contemplari Te considerando
viam Paradisi, oportet, Domine, quod
sciat facere quatuor figuræ, intra-
quas

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 83
quas sciat habere cognitionem de numero unius & duorum & trium per quem dirigitur homo ad cundum in beatam gloriam, quando de uno & duabus & tribus scit formare quatuor figuræ.

2. Igitur cùm hoc ita sit, *Domines*, ad hunc finem dicimus: quod tres Dominae venerunt ad quoddam palatium valde nobile & valde pulchrè ædificatum & ornatum pulchris ædificiis & pulchris arboribus oneratis floribus & fructibus valde placentibus visui; in illo palatio erant multæ aquæ & multa viridaria & multæ aliæ res, quibus palatium erat pulchrè ordinatum & ædificatum, & in eo erat porta valde magna & valde pulchra quam custodiebat una Regina, quæ in manu dextera habebat gladium valde magnum & valde acutum, & in sinistro habebat quoddam pulchrum pomum valde magnum & valde sapidum, & in pectore illius Reginæ erat quidam liber valde obscurus ad intelligendum,
in

84 B. Ray. Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.
in quo erant scriptæ & figuratæ qua-
tuor figuræ numeri prædicti.

3. In prima figura, *Domine*, erat
scriptum *unum* in *tribus* & *tria* in
uno: in secundâ *unum* de *tribus* venit
in *unum* & in *tria*: in tertia *unum*
& *tria*, & *tria* & *unum* sunt *unum*:
& in quarta *unum* est in *duobus* &
duo in *uno*: & quando tres Dominæ
venerunt ad portam palatii, & vo-
luerunt intrare in ipsum & accipere
pomum, quod Regina habebat, tunc
Regina eis minata est indicans se vel-
le eas gladio percutere, & dixit eis:
vos non potestis intrare in palatum
nec habere pomum quo usque legeri-
tis librum, in quo quatuor figuræ sunt
scriptæ, & sciveritis cognoscere nume-
rum prædictum, ex quo figuræ sunt
figuratae.

4. b. *Juste Domine, potens in omni-
bus potestatibus!* Postquam tres Do-
minæ intellexerunt Reginam, quæ cu-
todiebat portam, una earum incepit
legere librum & incepit à prima figu-
ra

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 85
ra in qua legit : *unum in tribus & tria in uno*; & postea voluit summare numerum & dixit: quod unum in tribus, & tria in uno sint bis quatuor, quæ sunt octo, & octo sunt tria paria & unum par de quibus formatur prima figura ; & quando Domina fecit hanc summam, voluit intrare in palatium ; sed Regina minata est eam velle percurere gladio & dixit ei; non potes intrare in palatium , eò quod non benè feccris summam & erraveris in numero , quia nemo qui erret in computu, potest in ipsum intrare.

5. Et quia tu , dixit Regina , *Domine* , legisti *unum in tribus & tria in uno*, & multiplicasti numerum in bis quatuor , & bis quatuor in octo, & octo in tria paria & unum , propterca errasti primam figuram ; quoniam si numerus esset , sicut dicens & summas , unum non esset in tribus nec tria in uno ; quia tria paria non sunt in quarto , nec quartum par est in

86 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
in tribus paribus; cō quōd tria pa-
ria possint esse sinē uno, & unum si-
nē tribus: Igitur, cūm in prima fi-
gura sit unum in tribus & tria in
uno, quin unum possit esse unum si-
nē tribus, nec tria sinē uno, prop-
terea est unum in tribus & tria in
uno ita conjunctim & triplicatē, si-
cut unum est unum in se ipso, &
tria sunt tria in se ipsis.

6. Quando Domina, quæ vole-
bat intrare in palatium, *Domine*, in-
tellexit se non posse in ipsum intra-
re propter summam quam fecerat
numeri prædicti, tunc incepit face-
re summam alio modo & dixit: quōd
unum in tribus & tria in uno sint
unum, & Regina quæ custodiebat
portam eam interrogavit: ubi sunt
tria? ad quod Domina non scivit res-
pondere sed dixit iterum, quōd u-
num in tribus & tria in uno sint
tria, & tunc Regina ab ea petivit:
ubi est unum? & Domina nunquam
scivit ei respondere, nec scivit face-

rc.

re summam numeri figurati in prima figura; & idcò Regina quæ custodiebat portam, non permisit eam intrare in palatium.

7. c. *Virtuose Domine in omni virtute, honorate Domine in omni honoratione!* Quando prædicta Domina non potuit intrare in palatium, cò quòd errasset in prima, tunc incepit legere in *secunda figura*, in qua invenit scriptum *unum de tribus venit in unum & in tria*; & tunc dixit: quòd ~~unum~~ exiverit à duobus & intraverit in unum & in tria; & fuerint quatuor & duo, à quibus unum exierat, quando vénit in unum & in tria, & sic fuerunt sex, in quibus fuit alteratio, & fuit perditus numerus unius, quod exierat à duabus & intraverat in unum & in tria; & postquam Domina fecit hanc summam voluit intrare in palatium, sed Regina ei prohibuit introitum, cò quòd errasset in summa.

8. Et tunc Regina, *Domine*, di-
xit

88 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
xit ad Dominam: tu errasti in summa, quia non est de natura secundæ figuræ recipere ullam alterationem, nec unum de tribus, quod venit in unum & in tria, exit à duobus, nec est perditus suus numerus licet venerit in unum & in tria & acceperit unum & tria; imò venit tali modo in unum & in tria, quòd sit ita cùm duobus, sicut erat antea quando non venerat in unum nec in tria; quia si ita non esset, duo non essent id, quod sunt; nec unum posset venire in unum & in tria; nec esset id, quod est; & secunda figura esset in privatione, & tunc ipsa & prima figura nihil essent.

9. Quando Domina non scivit summare secundam, *Domine*, tunc se mutavit ad legendum *tertiam figuram*, in qua invenit: *unum & tria & tria & unum sunt unum*, & quando Domina legit tertiam figuram, tunc falso fecit summam numeri, dicendo: quòd unam & tria & tria & unum sint

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 89
sint octo, in quibus sunt bis qua-
tuor, quæ sunt tres terminations nu-
meri, quæ sunt intra novem quæ
sunt unum unitum ex uno & tribus
& ex tribus & uno; & postquam Do-
mina fecit hanc summam, voluit in-
trare in palatium, sed Regina eam
impedivit dicendo: quòd errasset in
summa, quia computus, quem fece-
rat, non erat rectus nec verus, cò
quòd esset contrarius computui pri-
mæ & secundæ figuræ; quoniam si
computus esset, sicut ipsa eum fe-
cerat in tertia figura, non sequeretur
in prima figura, quòd unum esset
in tribus & tria in uno, & in secunda,
quòd unum de tribus veniret in u-
num & in tria; & quia nulla quatu-
or figurarum est contraria aliis, licet
sint diversæ ab invicem, propterea nul-
la summa, quæ fiat in aliqua earum
potest esse vera, si sit contratia sum-
mæ aliarum figurarum.

io. d. *Magne Domine! qui es per-
fectus in omnibus perfectionibus. Post-*
quam

90 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
quām Domina erraverat in numero
omnium trium figurarum, incepit le-
gere *quartam figuram*, in qua inve-
nit *unum est in duobus & duo in uno*,
& tunc dixit: quòd ista essent qua-
tuor, & postquam hoc dixit, voluit
intrare in palatium putando se fecis-
se veram summam; sed Regina eam
detinuit & dixit: tu errasti summam,
quia id, quod summasti, est contra-
rium tribus figuris prædictis, & est
contra quartam in qua non est nu-
merus quatuor, sed unius in duobus,
& duorum in uno per modum con-
versionis & non per modum mul-
tiplicationis nec diminutionis nume-
ri.

ii. Quando Domina vidit se non
scivisse computare numerum quatuor
figurarum & non posse intrare in pa-
latium, *Domine*, tunc dixit ad Regi-
nam: mea memoria non scit memo-
rare nec meus intellectus intelligere
quatuor figuras; sed mea voluntas a-
mat eas, & amat intrare in palatium,
&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 91
& meus intellectus intelligit se non sufficere ad intelligendum ipsas, & mea memoria memorat se non posse memorare eas; & quando Domina memoravit & intellexit & amavit isto modo, tunc dixit ad Reginam, quod præmiaret suam memoriam, quæ memorabat & suum intellectum, qui intelligebat nobilitatem figurarum & defectum sui ipsorum, & præmiaret suam voluntatem, quæ amabat figuras super id, quod memoria poterat memorare & intellectus intelligere de ipsis, & quando Regina vidit Dominam velle intrare in palatum per aliud modum, & intellexit se debere præmiare memoriam & intellectum & voluntatem ipsius Dominæ, tunc habuit valde magnum placitum de ea, & permisit eam intrare in palatum cum magno gaudio & lætitia.

12. Quando Domina fuit intra palatum, *Domine*, & vidi nobilitatem & magnam pulchritudinem ipsius, & sentit dulcedinem & delectationem &

92 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& lātitiam, quæ erat in eo, Regina
iterum ostendit ei librum & dixit ei:
lege, & summa numerum quatuor
figurarum, quem non potuisti sum-
mare extra palatum, & tunc Domi-
na incepit legere librum & summare
numerum secundūm quod erat in li-
bro, & memoria ampliata fuit ad
plūs memorandum, & intellectus ad
plūs intelligendum & voluntas ad plūs
amandum in libro, quām quando e-
rant extra palatum; & præ magna
abundantia, quam habebat memoria
in memorando & intellectus in in-
telligendo & voluntas in amando,
erat Domina in tali beatitudine & in
tali gloria, quōd nullus homo, qui
sit extra palatum, hoc posset me-
morare nec intelligere; eo quōd ex-
tra palatum non possit memoria ita
benè nec tantum memorare nec in-
tellectus intelligere nec voluntas a-
mare sicut intra palatum; quia sicut
plantæ fiunt maiores & meliores &
pulchriores in bona terra quām in
terra

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 93
terra macra , ita per virtutem palatii
potest memoria plūs & melius & ve-
riùs memorare & intellectus intelli-
gere & voluntas amare intra ipsum
quam extra.

13. c. *Juste Domine ! Qui amas om-
nes amantes justitiam.* Quando beata
Domina fuit introducta in palatium,
una aliarum duarum voluit intrare
in ipsum , sed Regina clausit portas
& dixit ei : non potes intrare in pa-
latium , nisi summes numerum qua-
tuor figurarum vel credas in quatu-
or figuras ; & propterea Domina in-
cepit legere in libro, & nunquam sci-
vit intelligere nec summare nume-
rum figurarum, nec voluit credere in
figuras , & dixit : ego non possum nec
volo amare id, quod mea memoria
non potest memorare , nec meus in-
tellectus intelligere ; & tunc Regina
non permisit eam intrare , & dixit
ei : tua memoria non est digna in-
trare , eo quòd non memoret nec
tuus intellectus eo quòd non in-
telli-

94 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
telligat figurās, nec tua voluntas eō
quōd non aīmet id, quod potest a-
māre super memoriam & intellectum,
sicut voluntas primæ Dominae quæ
amavit id, quod memoria non potu-
it memorare nec intellectus intellige-
re de quatuor figuris.

14. Quando Regina dixit hæc ver-
ba Dominae, quæ non sciebat sum-
mare numerum figurarum, nec sua
voluntas volebat credere in ipsas fi-
guras, & memoria putabat memo-
rare id, quōd non memorabat, & in-
tellectus putabat intelligere id, quod
non intelligebat, tunc Domina vo-
lebat violenter intrare in palatium,
sed Regina eam percussit & vulne-
ravit gladio & expulit eam à por-
ta; & dum Domina volebat intrare
& Regina non permittebat ei introi-
tum, venit, *Domine*, quidam draco
valde magnus & valde niger & valde
horribilis aspectu qui exivit de qua-
dam sylva valde magna & valde de-
serta & plena variis bestiis sylvestri-
bus

bus: & quando draco pervenit ad Dominam, quæ violenter volebat intrare in palatium, absorbuit eam in suum ventrem, qui erat plenus igne & sulphure, & redivit ad sylvam; & quando Domina fuit in ventre draconis, tunc memoravit & intellexit summam figurarum & nobilitatem Reginæ & gloriam Dominæ, quæ intravit in palatium, & sentit ardorem & calorem & poenam quam sustinebat in ventre draconis; & sua voluntas odiebat quidquid memoria memorabat & intellectus intelligebat, & voluntas amabat id, quod memoria nunquam memorabit nec intellectus unquam intelliget.

15. *Gloriose Domine!* quando Domina fuit in ventre draconis, tunc venerunt variae bestiæ, quæ torquebant eam, quarum una habebat in suo capite duos pedes habentes unum caput, & hæc rodebat & comedebat cor ipsius; & alia bestia, quæ non habebat oculos, ei rodebat frontem;

96 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tem; & alia, quæ non habebat ven-
trem rodebat ei corpus; & postea
venerunt ad Dominam aliæ quinque
bestiæ ab invicem diversæ, quarum
una rodebat ei aures & alia oculos
& alia nasum & alia os & olia ma-
nus; & dum Domina erat in isto do-
lore & pœna, in suo corde orieba-
tur valde magnus vermis, qui ipsum
cor rodebat & comedebat; & tunc
præ magna pœna, quam Domina
substinebat, plorabat plangebat &
clamabat ad formam potentialem,
quam habebat quando erat ad portam
palatii, & dicebat illi formæ, ut
veniret, & ab ea privaret formam
actualem, quæ in ea erat; & quan-
tumcunque Domina clamaret & vo-
caret formam potentialem, ut veni-
ret, tamen ista nobelat ad eam ve-
nire; & propterea Domina blasphe-
mabat se ipsam & formam poten-
tialem & actualem, & quantum po-
terat, maledicebat bestias, quæ cam
torquebant.

16. f.

16. f. *Æterne Domine in omni tempore! qui es principium omnium principiorum.* Quando tertia Domina fu-
it relictæ sola ad portam palatii, as-
pexit Reginam, cuius gladius quem
habebat in manu, valde eam terre-
bat & inferebat ei valde magnum
timorem intrandi in palatium; &
dum Domina ita timebat & dubi-
tabat posse intrare in palatium, as-
pexit pomum quod Reginam habebat,
& recuperabat per ipsum audaciam
& spem intrandi in palatium; & post-
quam Domina vidit gladium & po-
mum, aspexit in librum & vidit ip-
sam uno tempore aperiri & alio clau-
di: & precata est Reginam ut per-
mitteret eam intrare in palatium,
sed Reginam respondit ei quod, quo-
usque fecisset summam quatuor fi-
gurarum libri, non posset intrare in
palatium; & tunc Domina amando
pomum & timendo gladium incepit
legere in prima figura, in qua erat
scriptum, *unum est in tribus & tria
in uno.*

G 17. Post-

17. Postquam Domina legit in prima figura, *Domine*, & dixit: *u-num in tribus & tria in uno*, incepit facere suminam numeri & summavit per negationem dicendo, unum in tribus & tria in uno non sunt plus quam unum & tria; quia si essent quatuor vel quinque vel plura, non posset esse unum in tribus & tria in uno; eò quod in quatuor vel in pluribus possit esse unum sive tribus & possint esse tria sive uno; quia si hoc ita non esset, non posset esse numerus quaternarius: & postquam Domina fecit istam summam, iterum fecit summam per negationem dicendo: unum in tribus & tria in uno non sunt minus quam unum & tria; quia si essent duo & non tria, non posset esse numerus trium & unius in figura; & si unum in tribus & tria in uno essent unum & non tria, non esset unum in tribus nec tria in uno, & per hoc summa numeri fuit facta in uno & tribus

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 99
bus & in tribus & uno, sive plus
& minus quam unius in tribus &
trium in uno.

18. Postquam Domina suminavit
numerum primæ figuræ, *Domine*, fe-
cit Reginæ aliam summam contra-
riam & diversam à prima dicendo:
in unam cameram intraverunt tres
homines qui simul cum camera con-
tituerunt numerum quaternarium, &
sic suis numerus fuit multiplicatus in
quatuor, eò quod camera quæ est u-
num ipsorum quatuor, non esset in
tribus hominibus, licet ipsi tres es-
sent in camera; & quia quilibet ho-
mo erat unus per se, & camera non
erat in eis, propterea ex quatuor
potuit fieri minor numerus scilicet
nummerus duorum parium; & quia ex
iste numero potest fieri numerus duo-
rum & quatuor, non est similis nu-
mero primæ figuræ, qui non potest
esse major nec minor; & postquam
Domina fecit summam primæ figuræ
per numerum figuræ, & ipsum nume-
rum

100 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
rum significavit per diversitatem nu-
meri trium hominum & cameræ, tunc
Regina ostendit ei hilaritatem & bo-
nām faciem, ratione cuius Domina
habuit valde magnam audaciam, & val-
de magnam lātitiam & directionem
ad legendum librum.

19. g. *Sapiens Domine in omnibus Sa-
pientiis, honorate in omnibus hono-
rationibus!* Quando Regina vidit Do-
minam summassæ summam numeri
primæ figuræ, tunc mandavit ei os-
tendere differentiam quæ est inter u-
num & aliud ipsorum trium, & in-
ter unum & tria, ad quod dixit Do-
mina, in tribus unum non esse aliud,
in quantum erant tria; quia aliter non
essent tria, sed essent unum tantum,
in quo non essent tria; sed tria, in
quantum erant in uno, erant ipsum
unum, & unum erat ipsa tria; quia
aliter non possent esse unum in tri-
bus & tria in uno, & essent quatuor,
in quibus tria non essent in uno, &
unum in tribus.

20. Post-

20. Postquam Domina locuta est isto modo de diversitate & concordantia trium & unius, *Domine*, tunc Regina ei mandavit & dixit, quod aspiceret æqualitatem illorum, & Domina incepit legere & dicere: quod unum esset æqualiter in tribus & tria essent æqualiter sive plus & minus in uno, & unum non esset in aliquo trium plus quam in alio, nec aliquis trium esset plus in ipso uno quam aliis; nec aliquis trium esset prius alio, nec unum fuisset antequam tria, nec tria antequam unum, nec unum esset maior tribus nec aliquo trium, nec ullus trium esset major uno, in quo sunt tria; quia nisi ita esset, forent majoritas & minoritas & tempus & accidens in prima figura, & figura numeri esset destruxta, quod est impossibile.

21. *Gloriose Domine!* Dum Domina legebat primam figuram libri modo praedicto, sua memoria memorabat & suus intellectus intelligebat se totam

102 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
totam suam potestate in impendere in legendo & assumendo & dividendo & differentiando summam prædictam; & quia per vim magni feryoris ipsius voluntatis, memoria memorabat & intellectus intelligebat, propterea voluntas Reginæ amabat & aggratiabat voluntatem Dominæ amando in memoriā & intellectum ipsius, quæ totam suam potestatem impendebat in legendo librum; & per hoc Domina memorabat aliam Dominam, quæ torquebat in draconem, & quæ non sciebat memoriam memorare nec intellectu intelligere nec voluntate amare summam primæ figuræ.

22. h. *Misericors Domine pleze misericordia & gratia!* Dum Domina modo prædicto contemplabatur in prima figura libri, Regina dixit: quod legeret proprietates & relationem unius & trium; & tunc Domina dixit, quod unum trium esset ab uno ipsis, & unum trium esset a duobus ipsis, ut tria essent in uno & unum

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIV. 103
unum in tribus, quin unum esset pri-
us in tribus quam tria in uno, nec
unum trium esset prius nec melius a-
lio.

23. Nam si unum vel duo essent
priora & meliora tribus, vel unum
trium esset prius & melius uno vel
duobus, non possent esse perfectè u-
num in tribus nec tria in uno; quia
esset defectus quantitatis vel unius vel
alicujus trium, & hoc est impossibi-
le, scilicet quod possit esse ullus de-
fectus in uno, ne sit in tribus, vel in
aliquo trium ne sit in uno; quia si
esset possibile, non posset figura libri
verè scribi nec figurari, nec ulla alia-
rum figurarum posset continere ve-
ritatem.

24. *Virtuose Domine!* Postquam
Domina legit & sumimavit primam
figuram libri, aspexit faciem Reginæ,
quæ subripsit ostendens ei pulchram
hilaritatem & dixit ei, quod verè le-
gisset in libro primam figuram; &
propterea Domina accessit ad portam

pa-

104 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
palatii, & voluit intrare, sed Reginā
minata est se eam velle gladio per-
cutere, & tunc Domina timens retro-
gressa est, & Regina dixit ei: tu non
potes intrare in palatium, quousque
legeris alias figurās, & eas summa-
veris ita vere, sicut summasti pri-
mā.

25. i. *Vere Domine amoroſe! Qui es honoratus DEUS gloriōſus.* Quando Do-
mina intellexit se non posse intrare in
palatium quousque legisset omnes fi-
guras, tunc incepit legere secundam,
in qua invènit ſcriptum: *unum de tri-
bus venit in unum & in tria*; & di-
xit, quòd unum de tribus venerit in
unum & in tria, ut demónstraret,
quòd unum eſſet in tribus & tria in
uno ſine plus & minus & ſinè ullo de-
fectu & cum omni porfectione; quia
unum & tria in quæ venit unum de
tribus non poſſent ita benè, recipere
cognitionem, quin unum de tribus in-
traret in unum & in tria, ſicut eam re-
ceperunt, quando unum de tribus ve-
nit in unum & in tria. 26. Glo-

26. *Gloriose Domine!* Postquam Domina verè summavit secundam figuram, se mutavit ad summandum tertiam, in qua invènit scriptum: *unum & tria & tria & unum sunt unum;* & dixit, quòd ideo unum & tria & tria & unum sunt unum, quia unum de tribus intravit in unum & in tria, ut cognosceretur, quòd unum esset in tribus & tria in uno, & unum & tria, & tria & unum essent unum, quòd est diversimodè unitum de uno & tribus, cum alio uno & tribus, ut daret gloriam & laudem uni, quòd est in tribus, & tribus, quæ sunt in uno, & ut unum & tria in quæ intravit unum de tribus, reciperent & darent gloriam aliis beatis individuis, quæ sunt similia uni & tribus, in quæ intravit unum de tribus secundùm secundam figuram.

27. *Virtuose Domine!* Postquam Domina exposuit tertiam figuram, incipit legere quartam in qua invenit scriptum: *unum est in duobus & duo in*

106 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
in uno, & tunc exposuit & summayit
numerum dicendo, quod unum in
duobus & duo in uno sint unum in
tribus & tria in uno; & sit unum de
tribus, quod venit in unum & in tria,
& sit unum & tria, & tria & unum; &
duo quæ sunt in uno, sint unum &
tria primæ figuræ, & sint numerus se-
cundæ & tertiaræ figuræ; & postquam
Domina exposuit & summayit quar-
tam figuram, tunc Regina ei dedit
gladium & pomum & librum, & val-
de magno honore introduxit eam in
palatium.

28. k. *Gratiōse Domine humilis misericors!* Quando Domina fuit introduc-
ta in palatium, Regina eam duxit ad
quandam valde pulchram & magnam
arborem, quæ erat tota viridis & splen-
dens & onerata floribus & fructibus
& vocabatur arbor lucis; sub qua in
pulchro prato sedebat quoddam ani-
mal, quod erat valde magnum nobil-
le, pulchrum bonum & glriosum,
& erat indutum valde nobiliter ves-
ti-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLV. 107
timentis regiis albis & rubeis: coram
illo animali erant tres fontes pulchri,
quorum unus erat fons luminis &
splendoris, de alio exibat aqua valde
clara & pulchra, & de tertio exibat
sanguis valde rubeus; in illo palatio
erant multæ aves diversorum colo-
rum, quarum quædam erant totæ lu-
cidæ, & aliæ totæ albæ, & aliæ totæ
rubeæ, & quædam erant albi & rubei
coloris; & omnes cantabant coram
animali quod sedebat sub arbore lu-
cis, & cantus earum erat valde gratus
& placens animali.

29. Dum Domina valde glorio-
sè delectabatur videndo arborem lu-
cis & animal & fontes & aves & au-
diendo cantus earum, *Domime*, vidit
in animali librum, in quo erant scrip-
tæ quatuor figuræ quas ipsa legerat ad
portam palatii; & vidit in fonte, ex
quo exibat lumen, bibere aves luci-
das & splendentes, & in fonte, ex
quo exibat aqua clara bibere aves al-
bas, & in fonte ex quo exibat sanguis
bibe-

108 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
bibere aves rubeas, & aves quæ erant
albæ & rubeæ bibere ex quolibet fon-
te, & biberé plus & frequentiùs quam
ullas aliarum avium, & propterea
cantare altius & clariùs omnibus a-
liis.

30. Dum Domina esset in hac a-
deò magna beatitudine, *Domine* vidit
aliam Dominam, quæ priùs quàm
ipsa intraverat in palatum, & vidit
illam esse valde nobiliter indutam co-
ram animali & in una manu habere
gladium, qui erat multò major suo,
& in alio habere pomum, quod non
erat adeò magnum sicut suum; & tunc
habuit multò majus placitum de gla-
dio suæ sociæ quàm de suo, eō quòd
esset pulchrior & major & melior;
sed quia suum pomum erat majus
pulchrius & melius, lætabatur & de-
lectabatur multò plūs in suo pomo
quàm in pomo suæ sociæ orando &
contemplando & reverendo & ho-
norando suum gloriosum

DEUM.

CAPUT

CAPUT CCCLVI.

*Quomodo homo per moralem figuram &
per moralem expositionem cum allego-
ria & anagogia consideret cœlestem glo-
riam & infernalem pœnam oran-
do & contemplando nostrum
Dominum DEUM.*

i. a. **O** *DEUS potens! qui es perfec-
tio & gloria tuorum servorum.*
*Qui per moralem figuram intellec-
tualem vult considerare cœlestem
gloriam & infernalem pœnam, sciat,*
*Domine, per comparationes morales
sensuales figurare res intellectuales in
suo incmorare & intelligere & velle
dicendo: quod quidam Eremita con-
templando & orando tuas honora-
tiones & tuas virtutes erat in ver-
tice cujusdam magni montis & as-
pexit deorsum in quamdam magnam
vallem & vidit in ea tres Domicel-
las & quinque Dominas & quinque
bes-*

110 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
bestias & unum draconem haben-
tem tria capita , & in illa valle ha-
bebant magna bella & magnos labores,
quare valde clamabant & plorabant
& plangebant.

2. Quando Eremita, *Domine*, vi-
dit vallein & audivit planctus & plo-
ratus , qui crant in ea, scripsit om-
nia quæ vidit & audivit , & postea
legit quod scripserat , & incepit ri-
dere & mirari ; sed quando iterum
legit, quod scripserat, intellexit quod
non intellexerat in prima lectione ,
scilicet quod scripture , quam scrip-
serat & legerat , foret æterna & du-
rabilis omni tempore; propter quam
durationem habuit valde magnam
lætitiam & valde magnum placi-
tum

3. *Gloriosè Domine!* Postquam Ere-
mita lætatus fuit modo prædicto,
tunc dixit intra se: beatus ero, si sci-
am memorare & intelligere labores
quos iegi in prima lectione , & si sci-
am amare id quod memoravi & in-
tel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVI. 111
tellexi in secunda, & dum Eremita
secum loqueretur isto modo, aspexit
& vidi tres Domicellas & quinque
Dominas & quinque bestias & draco-
nem existentes in valde magno labo-
re & in multa tribulatione; & postea
aspexit continuo ipsum draconem
qui cessaret videre eum.

4. b. *Immortalis Domine sine pari*
& socio! dum Eremita aspiciebat dra-
conem, vidi unam trium Domicel-
larum quae memorabat id quod aliæ
duæ faciebant; & quò plus hoc me-
morabat, eò plus plangebat & eò
plures labores sustinebat, & eò ma-
jorem tribulationem dabat aliis dua-
bus; & postquam Eremita vidi hanc
Domicellam quae memorando torque-
bat se & alias duas, incepit aspicere
aliam, quae videbat quidquid aliæ
duæ faciebant, & quod plus hoc
videbat, eò plus torquebat se ipsam
& alias duas; & postquam Eremita
vidi hanc Domicellam quae viden-
do torquebat se ipsam, & alias duas,
af-

112 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
aspexit tertiam & vidit , quod odi-
ret quidquid aliæ duæ faciebant , &
per istud odium torqueret se & ipsas
alias valde fortiter.

5. Quando Eremita , *Domine* , vi-
dit tribulationem & miseriam & la-
borem , in quo erant tres Domicel-
læ , tunc incepit cogitare & conside-
rare , quomodo quælibet earum tor-
queretur tribus diversis modis mul-
tiplicatis in novem diversos modos ,
quia quælibet torquendo alias duas da-
bat eis duo tormenta & recipiebat ab
eis duo tormenta & unum à se ipsa , &
propterea tormenta erant adeò mag-
na & tot , & adeò mala , quod non
sit cor quod hoc posset æstimare nec
lingua , quæ hoc posset dicere nec
aures audire nec oculi videre ; quia
quantò ipsæ sunt fortius conjunctæ
& unitæ , & sua unio est major om-
ni alia unione , quæ sit in aliis crea-
turis ab eis diversis in specie , tantò
est poena major & pejor omni poena ,
quæ sit in ulla alia creatura .

6. Ho-

6. *Honorate Domine!* Postquam Eremita vidit & cogitavit magnam pœnam & magnum laborem trium Domicellarum, tunc aspexit & consideravit se ipsum, & vidit in se adeò magnam gloriam & beatitudinem per contrarias res sicut erat pœna & dolor trium Domicellarum; & quó plus Eremita memorabat & intelligebat suam gloriam & beatitudinem & pœnam & tribulationem Domicellarum, eò plus lætabatur & se amabat.

7. c. *Excellens Domine super omnes altitudines, honorate in omnibus nobilitatibus!* Dum Eremita videbat in sua anima tantam beatitudinem, quam tam miseriā videbat in tribus Domicellis, una trium Domicellarum dixit aliis duabus: quare una vestrum respicit fælicitatem, quæ est in Eremita, & alia amat & desiderat eam; quoniam in quantum vos tractatis de ipsa, in tantum estis occasio ncorum laborum, & ego sum occasio ncorum gravium dolorum? &

H

dux

114 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
dux Domicellæ responderunt ei , di-
centes: quia tu memoras fælicitatem
& beatitudinem Eremitæ , propterea
nos non possumus non occupari in
ea; sed si tu obliviscereris illius, nulla
nostrum tractaret de ipsa.

8. Dum tres Domicellæ hoc mo-
do loquebantur , *Domine* , convene-
runt & dixerunt : tentet quælibet a-
lia & se ipsam , ut videamus an po-
terimus ejicere à nobis Eremitam , ne
sit occasio nostrorum laborum ; &
postquam omnes tres fecerunt hanc
resolutionem , una voluit oblivisci
Eremitæ , & alia voluit ipsum ignora-
re , & alia voluit expellere à se de-
siderium beatitudinis ipsius ; & dum
quælibet tentabat se ipsam isto mo-
do , una memoravit , quod nunquam
poterit oblivisci beatitudinis Eremi-
tæ , & alia intellexit , quod nunquam
poterit eam ignorare , & quod ter-
tia nunquam poterit cessare à desi-
derio beatitudinis ipsius , nec tamen
unquam poterit habere eam , nec quid-
quam aliud quod desideret. 9.

9. Et quando tres Doinicellæ hoc dicebant, *Domine*, una earum dixit: se esse ligatam & incarcerated ad memorandum beatitudinem Eremitæ; & alia dixit: se esse ligatam & incarcerated ad intelligendum eam; & alia dixit: se esse ligatam & subditam ad desiderandum eandem, & hoc æternaliter & infinité, ut Eremita cognosceret suam fælicitatem, & ipsæ tres suam miseriam infinitè & perdurabiliter; & per hoc omnes tres Dominicellæ fuerunt in adeò magna tristitia & pœna, quòd non sit cor potens eam æstimare & dicere; quia sicut longo tempore memorabant & intelligebant suam pœnam, ita magnum dolorem sentiebant: Igitur cum sentire pœnam & intelligere eam esse infinitam sit major pœna quæ possit esse, quis posset æstimare istam pœnam, & gloriam Eremitæ, qui tantam gloriam sentit, quando sua memoria memorat, quòd ipsa nunquam habebit finem.

116 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
10. d. *O Domine! Qui es gloria amoris & complementum valoris.* Postquam Eremita vidit & audivit pœnam & dolorem trium Domicellarum, vertit suam faciem ad quinque Dominas & vidit, quòd essent in valde magna pœna & dolore: prima earum habebat quatuor manus, & in qualibet habebat unum cultrum valde acutè scindente, & omnibus quatuor cultris miserè se vñlncrabat & scindebat, & in omnibus suis vulneribus habebat flammas ignis & frusta glaciei.

11. Postquam Eremita, *Domine*, vidit primam Dominam, quæ quatuor cultris se vulnerabat, aspexit & vidit secundam, quæ plorabat, & valde clamabat plangendo pœnam & dolorem, quem prima sustinebat pròpter vulnera, quæ sibi faciebat; quia in quantum prima se vulnerabat, & occidebat, in tantum secunda torquebatur & sustinebat afflictionem & laborem; & propterea aspexit Eremita & vidit tertiam

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVI. 117
tiam Dominam , quæ nihil aliud faciebat nisi computare & summare & imaginari pœnam & dolorem, quem secunda sustinebat & sentiebat , nec adeò computabat & summabat, quòd postet invenire numerum & finem illius pœnæ ; & postea aspexit quartam & vidit eam in adeò magna ira & tristitia & desperatione , quòd non sit hōmo , qui hoc posset aestimare & dicere ; quia adeò erat irata & afflita , quòd odiret quidquid videbat & memorabat.

12. Postquam Eremita, *Domine* , vidit quatuor Dominas , quæ erant in valde magnis laboribus & cruciatibus , vidit quintam quæ omnes quatuor torquebat & affligebat valde magnis & gravibus tormentis ; & una illarum quatuor vehementer desiderabat remedium & quietem & cessationem suorum gravium langorum & dolorum , sed sua anima memorabat & intelligebat illos nunquam habituros esse finem ; & propterea Domina

118 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
na se invertebat & pervertebat suam
naturam habendo caput deorsum & pe-
des sursum quocunque iret & ubicun-
que esset, & per inversionem & labo-
rem ipsius omnes aliæ affligebantur &
torquebantur & Postquam Eremita,
Domine, vidit omnem laborem & dolo-
rem Dominarum, incepit aspicere &
imaginari se ipsum; & vidit in se totum
oppositum illius quod videbat in quin-
que Dominabus, & incepit ridere &
valde lætari; & tunc Domina, quæ
habebat caput deorsum & pedes sursum
habuit valde magnam iram & sensit
valde magnam pœnam de his in qui-
bus Eremita lætabatur, & de quibus
ridebat.

13. c. *Sapiens Domine in omnibus sa-
pientiis fortis in omnibus fortitudini-
bus!* Postquam Eremita vidit pœnam
& dolorem quinque Dominarum, af-
pexit & vidit quinque bestias, & vi-
dit eas valde macras & miserias & ple-
nas scabie & immunditia; & per o-
culos & aures & nares & os & corpus
carum

carum exibant flammæ ignis, quæ eas totas comburebant, & una carum clamabat & blasphemabat se ipsam & suam matrem & omnes alias bestias & dicebat, quod sua poena & suus dolor nunquam habebunt finem.

14. Postquam bestia dixit hæc verba, *Domine*, Eremita aspexit & vidit quamlibet quinque bestiarum valde vehementer torqueri tribus modis tormentorum, quorum primus erat, quod quælibet torquebat alias, secundus quod quælibet cum aliis torquebat se ipsam, & tertius quod quælibet torquebat se ipsam cum suam naturam; & quando Eremita vidit istos tres modos tormentorum, summavit tormenta & invenerit in qualibet quinque bestiarum esse quindecim tormenta multiplicata & composita ex tribus modis prædictis.

15. Postquam Eremita, *Domine*, summavit numerum trium in quindecim, dixit illam poenam & dolorem esse vehementiorem, quam cor hominis

120 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
minis possit arbitrarī & æstimare; &
dum ipse cogitabat & aspiciebat mag-
nam pœnam quinque bestiarum ince-
pit aspicere se ipsum & vidit in se
totum oppositum illius, quòd in bes-
tiis videbat, & propterea valde læta-
batur; & quò plùs ipse lætabatur, eò
plùs bestiæ pugnabant contra se invi-
cem, & se torquebant & vulnerabant;
& quó plùs bestiæ hoc faciebant eò
plùs ipse abundabat gloria & bene-
dictione in præsentia sui gloriosi
DEI.

16. f. *O Domine, in quo nullus est
defectus abundans omni perfectione!*
Postquam Eremita vidit prædictam
pœnam & dolorem, aspexit & vidit
draconem, qui habebat tria capita &
in quolibet habebat os valde mag-
num & valde comburens, & in quo-
libet ore habebat dentes valde acu-
tos & valde disrumpentes, & quoli-
bet ore comedebat & diglutiebat tres
Domicellas prædictas; iste draco ha-
bebait duos pedes, & in uno habebat
qua-

quatuor diformes ungues, quibus quinque Dominas vulnerabat & torquebat, & in alio habebat quinque, quibus vulnerabat & torquebat quinque bestias

17. Ille draco, *Domine*, habebat caudam ita urentem sicut titio ignis, quo' percuriebat & urebat & torquebat suum caput & suos pedes & omnia loca sui corporis intra & extra; & quo' plus cum suâ cauda se urebat & torquebat, eo plus occidebat & vulnerabat & torquebat tres Domicellas & quinque Dominas & quinque bestias; & quo' plus tres Domicellæ & quinquæ Dominæ & quinque bestiæ torquebantur, eo plus draco afflgebat & torquebat se ipsum.

18. Dum Eremita, *Domine*, videbat poenam & dolorem, quem draco sustinebat, aspexit per totam vallem, & vidit totam eam plenam similibus draconibus; & vidit quemlibet illorum habere in suo ore unam Domicellam quam comedebat, & torque

122 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quere quinque Dominas & quinque
Domicellas & quamlibet Dominam
& quamlibet bestiam torquere dra-
conem à quo torquebantur, & quem-
libet draconem & quemlibet Domi-
cellarum & Dominarum & bestiarum
clamare plangere & plorare valde ve-
hementer præ magna pœna quam sus-
tinebant, & præ magno clamore, qui
erat in magna profunditate illius val-
lis, tota vallis tonabat & resonabat;
& quando Eremita vidit vallem & gra-
ves pœnas, quæ in ea erant, tunc su-
brisit & lætatus est gaudio magno val-
de.

19. g. *Excellens Domine, alte super
omnes altitudines!* Postquam Eremita
vidit omnes graves pœnas prædictas &
vehementer in eis lætatus fuit, tunc
attendit & audivit quodlibet trium ca-
pitum cuiuslibet draconis pugnare con-
tra alia duo, & quodlibet vulnerare
& torquere ea; & audivit unum ca-
pitum dicere: quod pœna & dolor,
qui erant in illa valle, nunquam ha-
bcbunt

bebunt finem; & aliud dixit: quod gloria Eremitæ nunquam habebit finem; & tertium dixit: quod quidquid erat in valle & in Eremita disamaret & odiret & blasphemaret sine fine.

20. Postquam Eremita, *Domine*, audivit omnes istas res, audivit unum caput draconis dicere aliis duobus: quando erit illa dies, in qua habebimus gloriam similem gloriæ Eremitæ? & alia duo capita responderunt ei quod illa dies nunquam erit, quia sua pœna nunquam finietur; & propterea caput, quod gloriam Eremitæ desiderabat, ponebatur in desperatione ab aliis duobus & blasphemabat ea, & blasphemabat & indignabatur contra se ipsum, eo quod desideraret gloriam, quam desperabat & quam nunquam poterit habere.

21. Duin capita draconum pugnabant & indignabantur contra se invicem, *Domine*, quodlibet eorum projiciebat in flammas ignis quamlibet trium Domicellarum, & quodlibet objiciebat

124 B. Ray. Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.
jiciebat alteri tres Domicellas, & pe-
dibus conculcabat quamlibet quinque
Dominarum & quinque bestiarum, &
unguisbus eas dilaniabat; & dolor &
pœna, quam draco & Domicellæ &
Dominæ & bestiæ sustinebant, non
poterat esse major: Igitur qui habet
aures intellectuales audientes per mo-
ralei expositionem spiritualem, sciat
intellectualiter audire graves pœnas in-
fernales & magnam beatitudinem cœ-
lestem.

22. h. *Fortis Domine! Qui cogis &*
vincis omnia Postquam Eremita audi-
vit & vidit omnes prædictas res, vi-
dit & audivit unum capitum valde a-
criter & valde vehementer plorare &
dicere: infelix & maledicta sit dies, in
quā perdidi gloriam & beatitudinem
Eremitæ; & aliud caput ei dixit: quod
merceretur illud malum propter mag-
nos defectus, quos fecerat; & aliud
computabat & summabat magnitudi-
neum gloriæ, quam perdiderant, & mo-
dicitatem, propter quam eam perdi-
derant.

23. Dum

23. Dum istud caput draconis computabat & summabat magnam gloriam Eremitæ, alia duo ipsum blasphemabant & maledicebant & vulnerabant & impugnabant dicendo: quo plus tu imaginaris & memoras magnam gloriariam, quam perdidimus & gloriam Eremitæ, eò plures dolores & languores facis nos sustinere; & propterea tibi dicimus & mandamus, quòd imposterum non tractes de gloria, quam perdidimus, nec de gloria Eremitæ.

14. Et postquam duo capita draconis, *Domine*, reprehenderunt tertium, istud dixit eis: quòd sicut erat constrictum ad sustinendum pænam quam sustinebat quando memorabat & imaginabatur gravem pœnam, quæ erat in valle, ita erat constrictum ad imaginandum & memorandum gloriam Eremitæ & gloriam quam perdiderat; & propterea non poterat aliud facere quam imaginari & memorare res, ex quarum imaginatione & memoria torquebatur & cruciabatur & moriebatur

126 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol III.*
tur in igne perdurabili; & dum istud
caput dicebat hæc verba , quodlibet
aliorum duorum memorabat & intel-
ligebat se esse in illamet obligatione
incarceratum & constrictum.

25. i. *Immortalis Domine! Qui es*
Sanctus Sanctorum. Quando tria capi-
ta draconum desolabantur & trista-
bantur de magnis angustiis quas susti-
nebant , unum eorum dixit aliis duo-
bus : ab ista valle horribili & obscu-
ra exeamus & ascendamus ad mon-
tem ut habeamus gloriam quam in
eo habet Eremita , & simus similes ar-
bore lucis

26. Et dum istud caput, *Domine,*
dicebat hæc verba, venit quædam Do-
mina valde magna & pulchra habens
in sua manu flammecum gladium valde
magnum & acutum qui multum ter-
ruit omnes dracones illius vallis; &
apprehendit tria capita draconis , &
concatenavit ea magna catena ferrea;
& ea ligavit in profunditate vallis;
& tamen unum caput dicebat , quod
essent

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVI. 127
essent similia arbori lucis , licet alia
duo dicereunt , quod catena nunquam
rumpetur , nec unquam poterunt as-
cendere in montem de quo descen-
derant.

27. Et dum tria capita , *Domine* ,
dicebant haec verba , venit quædam
Domina valde magna & pulchra ha-
bens in manu valde pulchrum po-
mum ; & tunc unum capitum dixit
alteri : si tu amares illud pomum , &
rogares Dominam , ut ipsum tibi da-
ret , omnia tria ascenderemus in mon-
tem , de quo cecidimus , & essemus
similia Eremitæ ; & caput respondit:
ego nunquam illud pomum petam
nec amabo nec desiderabo , sed benè
vellem quod ascenderemus in mon-
tem sine pomo ; & tunc alia capita
responderunt & dixerunt : impossibi-
le est , quod in eum possimus ascen-
dere ; quia Domina , quæ habet gla-
dium , non permittit ullum ascende-
re , nec permittit ullum exire ex hac
valle nisi qui ab ea petunt pōnum ,
igitur

128 B. Ray Lull Lib. Contpēl. Vol III.
igitur cùm tu non ames pomum, qua-
re vis ascendere in montem, & qua-
re desideras res impossibiles? & quan-
do istud caput audivit hæc verba, re-
pondit & dixit: vos jam scitis, quod
ego desiderem id, quod possem ha-
bere si vellem, quam voluntatem
non possum habere ut habeamus ma-
jores labores & mayores dolores & pu-
niamur propter nostros mortales de-
fectus.

28. k. *Amator Domine veri amoris!*
Qui es honor veræ honorationis. Post-
quam Eremita vidit pœnas & dolo-
res, qui erant in valle, aspexit & vi-
dit per aerem sursum & deorsum &
per omnes partes multas aves, & quam-
libet earum habere tria capita & qua-
tuor alas; & quodlibet capitum lau-
dare & amare aliud, & aves unâ alâ
volare ad arborem lucis, & aliâ ad
montem, & aliâ ad Eremitam, & aliâ
versus vallem; & lætitiam & amorem
& solatium & delectationem, quam
aliæ aves habebant cum aliis, & pla-
ictum

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 129
citum quod habebant tendendo ver-
sūs partes ad quas volabant , non est
cor quod posset arbitrari nec lingua
quæ posset dicere.

29. Quò plūs & velociùs aves vo-
labant , *Domine* , & quò plūs gloriæ
& placiti habebant aliæ cum aliis, eo
plūs illi qui erant in valle , plange-
bant & cò graviores angustias & do-
lores sentiebant ; & quó plūs ipsi tor-
quebantur & affligebantur, eo plūs a-
ves lætabantur & se amabant & sola-
bantur ad invicem.

30. Igitur cùm hoc ita sit, qui vult
considerare cœlestem gloriam & in-
fernalem pœnam , sciat figurare per
tropologiam , & per morales figuras
sensuales & intellectuales intellectua-
lem figuram gloriæ paradisi, & pœnæ
inferni : Igitur cùm homo sit compo-
situs ex quinque potentiis , ex qui-
bus sunt compositæ tres virtutes &
quinque sensus sensuales & quinque
intellectuales , & omnes istæ res reci-
piant diversas figuras secundùm locum

I

&

130 R.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& tempus & occasionem , qui vult
intelligere unam figuram per aliam
secundum moralem expositionem vel
secundūm allegoriam vel anagogiam,
sciat sequi prædictam artem & mo-
dum , quia per ipsum potest homo
habere cognitionem de visionibus &
somniis , de comparationibus & apo-
logis & de aliis rebus similibus ad
gloriam & benedictionem Tuī qui es
noster gloriosus DEUS.

CAPUT CCCLVII.

*Quomodo homo orando & contemplan-
do nostrum Dominum DEUM con-
sideret moralem exposicio-
nem intellectualem.*

i. **O** DEUS gloriose virtuose ! cui
a. **O** sint reverentiae & honores ! Li-
cet sint quatuor expositiones scilicet
historica, tropica, allegorica, & anago-
gica , tamen nos , Domine, non trac-
tamus in hoc loco nisi de morali, &
ma-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 131
maximè quæ est tropologica; & quia
vulgariter nominamus tropologiam
moralem expositionem, eò quòd sit
magis vulgaris personis nescientibus
latinam linguam, propterea appella-
mus omnem expositionem moralem
figuram intellectualem, in qua potest
homo habere cognitionem de figura
allegoriæ & anagogiæ: Igitur cùm tro-
pologia sit per comparationes, sicut
quando per montem intelligit homo
principem, & cùm alegoria sit quan-
do per unum factum intelligitur ali-
ud in hoc mundo, sicut quando per
Jerusalem intelligit homo sanctam
Ecclesiam, & cum anagogia sit, quan-
do per hunc mundum intelligitur a-
lius, vel per sensualitates intelligun-
tur intellectualites, idcō qui vult
habere cognitionem de istis exposi-
tionibus, sciat cognoscere artem &
modum hujus Capitis & aliorum quæ
loquuntur per modum ipsius.

2. Qui expositiones prædictas &
similitudines figuratas per eas vult cog-
nos-

132 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
noscere & intelligere, Domine, sciat
habere cognitionem de potentia mo-
tiva, & sciat cognoscere, quomo-
do & secundūm quas siguras faciat
demonstrationes de prædictis exposi-
tionibus movendo tres virtutes ani-
mæ, & quatuor potentias & quinque
sensus sensuales & quinque intellec-
tuales; quia secundūm quòd motiva
movet omnes istas res, & secundūm
quòd figuræ formantur in eis per mo-
tum quem in eis habet potentia mo-
tiva, potest homo habere cognitio-
nem de quatuor universalibus ex-
positionibus generalibus, per quas
omnes res possunt intelligi & expo-
ni.

3. *Virtuose Domine!* Qui vult in-
trare in hanc inquisitionem, oportet,
quòd sciat cognoscere *quatuor motus*;
secundūm *Primum*, potentia niātiva
movet sensitivam cum vegetativa;
secundus est, quando movet imagi-
nativam cum sensitiva. *Tertius* est
quando movet rationativam cum i-

ma-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 133
maganativa, & quartus est quando
cum rationativa movet vegetativam
& sensitivam & imaginativam, vel
quando cum vegetativa & sensiti-
va & magnativa, movet rationalem;
vel quando movet sensitivam cum
vegetativa & imaginativa & ratio-
nali; vel quando movet imaginati-
vam cum vegetativa & sensitiva &
rationali; unde secundum hoc sunt
alii quatuor motus, & secundum quod
motiva movet quatuor potentias per
septem motus praedictos, figurantur
opera trium virtutum animæ & quin-
que sensuum sensualium & quinque
intellectualium, per quas figuratas po-
test homo intelligere & cognoscere
expositiones praedictas.

4. b. *Virtuose Domine, plene virtu-
te & amore!* Quando motiva movet
sensitivam cum vegetativa, tunc dat
vel aufert à vegetativa aliquid de ca-
lore vel frigore, ut per famem vel
fritim moveatur sensitiva ad id, quod
est necessarium vegetativæ, secundum
quod

134 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
quòd movet motiva auferendo vel mi-
nuendo per actionem vel per passio-
nem; & pòstquam motiva movit sensi-
tivam per motum, quem dat vegetati-
væ, tunc vegetativa per moralitatem
significat sensitivæ res sibi necessarias:
Igitur qui vult hanc significationem
cognoscere, sciat intelligere ipsam
esse moralem expositionem significa-
tam sensitivæ, ut moveatur ad satis-
faciendum vegetativæ in re, ad quam
eam movet motiva.

5. *Gloriose Domine!* Quando sen-
sitiva est mota occasione motūs,
quem motiva dat vegetativæ, tunc
motiva movet imaginativam cum sen-
sitiva; quia si motiva movet vege-
tativam per multiplicationem calo-
ris & siccitatis & per diminutio-
nem frigiditatis & humiditatis, tunc
vegetativa significat sensitivæ deside-
rium frigiditatis & humiditatis, &
sensitiva sentiendo sitim desiderat a-
quam frigidam, ut significet imagi-
nativæ, quomodo imaginetur fontes
&

& aquas, ut memoria moveat sensitivam ad bibendum aquam, ut satisfaciat vegetativæ: Igitur quando imaginativa movetur isto modo, tunc sensitiva ei significat morales figuræ, ut imaginetur res necessarias vegetativæ, & per hanc imaginationem res, quæ sunt in potentia, veniant in actu.

6. *Honorate Domene!* Quando motiva movet rationalem cum imaginativa, tunc facit imaginativam casualiter imaginari fontes & aquas & loca frigita, ut ratio occasionatè moveatur ad memorandum & intelligendum & volendum id, quod imaginativa imaginatur, & postea omnes potentiaz moveantur de gradu in gradum ad satisfaciendum vegetativæ & postea sensitivæ & postea aliis: Igitur secundum istum modum quando imaginativa imaginatur casualiter id, ad quod sensitiva eam occasionat, tunc imaginativa per morales imaginations significat rationali moralem ex-

po-

136 B.Ray.Lulli. Lib.Contēpl.Vol. III.
positionem rei , quam sensitiva re-
quirit pro vegetativa , & hoc idem
sequitur de aliis motibus compositis,
quando rationalis movet alias poten-
tias , & quando omnes potentiae si-
mul movent se invicem , ut homi-
nes per morales significaciones & simi-
litudines sciant cognoscere finalem ra-
tionem propter quam istae Potentiae
sunt creatæ,

7. c. *Æterne Domine gloriose! qui*
es benedictio meorum amorum. Sicut in
rebus sensualibus motiva movet qua-
tuor potentias , ut exponant morales
demonstraciones, ita movet ipsas, ut
significando exponant figuræ intellec-
tuales ; quia quando motiva Petri per
auditum vel per visum movet ima-
ginativam vidente vel audiente Petro
Guillielmum mori , tunc imaginati-
va ei moraliter demonstrat se esse mo-
riturum : Igitur per hanc expositio-
nem potentia rationalis est occasio-
nata , ut moveatur ad memorandum
peccata , quæ fecit , & vilitatem hu-
jus

Lib. V. Dist. XL Cap. CCCLVII. 137
jus mundi , & ad memorandum & in-
telligendum & amandum Misericor-
diam & Justitiam sui Creatoris & ad
memorandum & intelligendum glo-
riam & poenam alterius sæculi.

8. Unde benedictus sis , *Domine*,
quia quando rationalis potentia reci-
pit morales demonstrationes imagi-
nativæ , tunc memorando & intelli-
gendo & amando suum Creatorem ex-
ponit imaginativæ per Morales de-
monstrationes , quomodo imaginetur
tuas honorationes , & exponit sensi-
tivæ , quomodo habeat afflictiones per
passionem vegetativæ , ut omnes tres
potentiae sint subjectæ rationali , & ut
ista in eis memorando & intelligen-
do & amando possit orare & contem-
plari suum honoratum DEUM gio-
riosum.

9. *Potens Domine!* Quando ima-
ginativa imaginatur pulchritudines,
quæ sunt in rebus sensualibus , tunc
significat *duos* modos moralitatis , quo-
rum *unus* est virtutum , quia per pul-
chri-

138 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
chritudines sensuales significantur vir-
tutes , quæ sunt pulchritudines intel-
lectuales in anima: & *alius* est or-
namentorum & aliarum rerum; quia
tunc moraliter significat rationi, quod
se moveat ad memorandum & intel-
ligendum & volendum vanitates &
delictationes hujus mundi, ut sit cul-
pabilis & vitiosa in suo memorare &
intelligere & velle.

10. d. *Juste Domine in gloria & in pœna!* Quando imaginativa casualiter
imaginatur vanam gloriam vel ali-
quam rem vanam & inutilem, vel ali-
quam rem quæ esset peccatum, si
occasione eam imaginaretur , tunc
per moralem similitudinem significat
rationi , quod se moveat occasione
ad memorandum & intelligendum
& amandum Te & tuam honoratio-
nem , vel ad memorandum & intel-
ligendum & volendum occasione
res casualiter imaginatas , & quando
imaginativa casualiter imaginatur tu-
am gloriam & infernalem pœnam,
tunc

Lib V. Dist. XL. Cap. CCC LVII. 139
tunc per moralem similitudinem significat rationi, quod se movcat occasione ad memorandum & intelligendum & amandum tuam gloriam & ad odiendum & fugiendum perdurablem poenam

11. *Amoroſe Domine!* Quando imaginativa imaginatur peccatum & immunditiam & culpam, tunc per moralem similitudinem significat rationali defectus, qui sunt in homine, ut rationalis per allegoriam memoret & intelligat & amet perfectionem & virtutes, quae sunt in Te; & quando rationalis non recipit id, quod imaginativa ei significat, tunc per morales similitudines imaginativae rationalis significat de se ipsa per analogiam, quod in alio saeculo habebit poenam, eò quod non velit recipere significationes demonstrantes tuas honorationes in hoc mundo, ut homo in alio glorificetur in Te.

12. Igitur cum hoc ita sit, *Domine*, quod aliæ potentiae exponant aliis

340 B.Roy.Lulli Lib.Contēpl. Vol. III.
aliis expositiones prædictas , quando
aliæ potentia volunt recipere expo-
sitiones aliarum , tunc scit homo per-
cipere & cognoscere significationes
& demonstrationes , quæ veniunt per
similitudines vel per somnia vel per
visiones vel per verba , vel per sig-
na vel per alias res sensuales vel in-
tellectuales ; sed quando aliæ poten-
tiæ nolunt recipere significationes a-
liarum , tunc non scit homo habe-
re cognitionem de quatuor expositi-
onibus generalibus , & propterea errat
in rebus , quas exponit ; quia expo-
sitione morali exponit id quod de-
beret exponere expositione historicâ ;
& exponit expositione historicâ id ,
quod deberet exponere expositione
allegorica vel anagogica & sic de a-
liis expositionibus , & propterea non
scit uti nec frui secundum finali-
rationem propter quam est creatus .

I 3. c. *Sapiens Domine in omnibus sa-
pientiis , honorate Domine in omnibus
honorationibus ! Quando imaginativa*

imma-

Lib. V. Dist. XL Cap. CCCLVII. 14^r
imaginatur, an Tu sis *in esse* vel non,
tunc per moralem expositionem sig-
nificat rationali, quod inquirat mo-
rales significations, quibus per a-
nagogiam possit intelligere Te esse *in
esse*; & quando rationalis non reci-
pit id, quod imaginativa ei demons-
prat, tunc per suam negligentiam &
ter suam inordinationem falsò signi-
ficiat *imaginativæ*, Te non esse *in esse*
& per hanc falsam significationem *im-
aginativa* falsò imaginatur & falsò
opinatur non esse aliam rem nisi it-
tum mundum tantum.

14. *Gloriose Domine!* Quando ima-
ginativa imaginatur, an tu sis *in esse*
vel non, & ratio inquirit, an tu sis
in esse, si ratio non possit perficere
suam inquisitionem & per suum de-
fectum non possit sufficere ad reci-
piendum morales significations sig-
nificantes Te esse *in esse*, tunc ima-
ginativa per morales demonstrationes
ei significat, quod intelligat suos de-
fectus, ut habeat fidem in hoc, quod
non

142 B.Ray.Lulli Lib.Contēpl. Vol. III.
non potest intelligere : & quando ra-
tio non vult credere id , quod non
potest intelligere , tunc per morales
significationes demonstrantur in ea cul-
pæ & vitia , per quæ allegoricè sig-
nificantur tuæ Qualitates & Virtutes
& Perfectiones.

15. *Virtuose Domine !* Multoties
evenit quòd imaginativa imaginetur
quid Tu feceris & ubi fueris ante quām
mundus esset ; & dum imaginativa hoc
ima ginatur , tunc per moralem sig-
nificationem significatur rationi , quòd
Tu tunc fueris in tuam perfectio-
ne sinè loco , & gloriam habueris in
temet ipso fruendo tuismet Virtuti-
bus ita perfectè : sicut nunc quando
mundus est ; sed quando ratio non
vult recipere morales significati ones ,
tunc indirigit imaginativam in hoc
quod imaginatur , & per hanc indi-
rectionem imaginativa recipit falsam
demonstrationem ; quia sicut per de-
bilitatem cerebri visus corporalis re-
cipit falsas visiones , ita imaginativa
per

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 143
per inordinatam rationalitatem imagi-
natur falsas demonstrationes.

16. f. *Potens Domine in omnibus vi-
ribus, fortis Domine in omnibus potes-
tatis!* Quando imaginativa imagi-
natur, quare Tu non prius creaveris
mundum, & quare non creaveris ip-
sum majorem, & quare non crea-
veris multos mundos & multò ma-
iores virtutes in quolibet individuo-
rum; tunc imaginando istas res sig-
nificant rationi per allegoriam, quòd
intelligat tuas magnas Virtutes infi-
nitæ perfectas & æternas, ut intel-
ligat omnem creaturam oportere es-
se finitam & terminatam in tempo-
re & quantitate & in tali convenien-
tia, & ordinatione, & in tali pro-
portione & statu, quod per anago-
giam intelligatur Te esse perfectum in
creando tempus & quantitatem & qua-
litatem in tali ordinatione, quòd
omnes tuæ Virtutes cognoscantur per-
fectæ.

17. *Virtuose Domine!* Sicut sapi-
ens

144 B.Ray.Lulli Lib Contēpl. Vol. III.
ens artifex imaginando videt formam
navis, antequam fiat, ita Tu, an-
tequam mundus crearetur, sciebas
quodnam tempus & quānam quan-
titas & quānam qualitas esset con-
veniens mundo, & secundūm quod
tua Sapientia hoc sciebat, volebat
tua Voluntas, quōd tua Potestas da-
ret mundo illum statum & illam pro-
portionem, quæ convenibant tuæ
Sapientiæ & Voluntati secundūm per-
fectionem, quæ est in tua Potestate
& Sapientia & Voluntate: Igitur si-
cut imaginatio & ratio artificis esset
vana & defectuosa, si non sciret fi-
guram navis antequam eam faceret,
& si sua voluntas esset major in fa-
ciendo nave in quām sciret sua sapi-
entia & posset sua potestas, ita esset
vana & defectuosa tua Sapientia, si
non sciret in mundo principium &
finem, & non faceret mundum in
dispositione, quam vult tua Volun-
tas & potest tua Potestas.

18. *Honorate Domine!* Quando ra-
tio

Lib. V. Diff. XL. Cap. CCCLVII. 145
tio credit, quod Tu sis Creator &
creaveris mundum, & imaginatio i-
magnatur, quod firmamentum non
sit corruptibile nec generabile, tunc
imaginatio per moralem demonstra-
tionem falso significat ipsis rationi,
quod non credit mundum esse crea-
tum, & quod per allegoriam sciat
ipsum esse aeternum; & quando ra-
tio vult relinquere suam fidem & vult
affirmare mundum esse aeternum,
tunc per anagogiam significatur ei,
quod inquirat an Tu sis *in esse*, &
postquam Te invenerit, inquirat per
morales significationes tuas Virtutes
intellectas per allegoriam, ut per a-
nagogiam intelligat Te creasse mun-
dum, licet mundus non sit genera-
bilis nec corruptibilis quoad se; quia
sicut forma elementalis in animali
rationali recipit generationem & cor-
ruptionem accidentaliter per pecca-
tum, ira forma firmamenti recipit con-
servationem per virtutem quam re-
cepit a suo Creatore.

K

19. g.

146 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
19. g. Pie Domine plene pietate &
misericordia! Quando imaginativa i-
magineatur multos Deos esse *in esse*,
tunc allegoria significat rationi non
esse nisi unum DEUM, secundūm
quod tropologia significat per crea-
turās; & quando imaginativa ima-
gineatur impossibile esse, quod in tua
Unitate sit Trinitas Personarum, tunc
per allegoriam significatur rationi,
quod intelligat diversitatem, quae est
inter unam Proprietetem & aliam
in tua Unitate; & quando imagina-
tiva imagineatur Patrem esse priorem
Filio, & Patrem & Filium esse prior-
es Spiritu sancto per generationem,
quam Filius recipit à Patre & per
processionem quam sanctus Spiritus
recipit à Patre & Filio, tunc alle-
goria significat rationi, quod intel-
ligat æqualitatem Virtutis & Qua-
litatum & perfectionis in tua Trini-
tate & in tua Unitate.

20. Honorate Domine! Quando
imaginativa imagineatur legem Iudeo-

rum vel Saracenorum esse meliorem
lege Christianorum, tunc allegoria
significat rationi, quod inquirat,
quænam trium legum sit melior, &
per quam anagogia melius significet
perfectionem, quæ est in tuis Virtu-
tibus; & quando imaginativa ima-
ginatur, quod Tu, *Domine*, creave-
ris peccatum, tunc allegoria signifi-
cat anagogiæ, quod inquirat signifi-
cationes significantes tuas perfectas
Virtutes, per quas anagogia intel-
ligit, quod Tu non creaveris pec-
catum; & quando imaginativa
imaginatur facere eleemosynam vel
ire in peregrinationem vel facere
aliquid bonum, tunc allegoria sig-
nificat anagogiæ intentionem primam
& secundam, ut intelligat, an Tu sis
in imaginatione vel non; & quando
expositio historica dicit, quod Tu
sis incarnatus & mortuus, tunc mo-
ralis significat allegoriæ & allegoria
anagogiæ secundum suas proprias sig-
nificationes, quod Tu non sis alte-

ra-

148 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ratus nec mortuus, nec habueris Ma-
trem , nec comederis nec habueris
ullam passionem quantum ad Deita-
tem:

21. *Humilis Domine!* Quando i-
magnativa imaginatur non esse futu-
ram resurrectionem, & peccatum ori-
ginale nihil esse, tunc vadit per ex-
positionem historicam & moralem
plús quam per allegoricam & anago-
gicam, & hoc est, ut allegoria & a-
nagogia extrahant imaginationem ab
expositione historica & morali , &
eam elevent ad inquirendum signifi-
cationes , per quas allegoria & ana-
gogia intelligunt, quód dies resurrec-
tionis & peccatum originale fuerint
significata in tua Incarnatione & Pas-
sione & Resurrectione ; sed quando
imaginativa non scit se mutare ab
una expositione ad aliam & nullam
expositionem amat tantum, quantum
historicam, tunc est inordinata & in-
directa in hoc , quód imaginatur, si-
cut fœmina cui præ nimio amore vi-
de-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 149
detur, quod suus turpis filius sit pulchrioris figuræ quam ullus aliis.

22. h. *O Domine! Qui de nihilo creasti omnia quæ sunt.* Quando imaginativa imaginatur, quid sit tua divina Essentia gloriosa, tunc per allegoriam significat rationalitati, quod memoret & intelligat se in hoc mundo non posse hoc memorare nec scire; sed quando rationalitas non recipit expositionem allegoricam imaginativæ, & constringit imaginativam ad imaginandum & inquirendum per expositionem historicam vel moralem quid sit tua Essentia, tunc habet culpam in hoc, quod non recipit ab imaginativa, & in hoc, quod dat eidem; per quam culpam imaginativa est culpabilis in hoc quod recipit à rationali, & non imaginatur anagogiam, quæ significat per nullam rem hujus mundi posse hominem scire, quid sit tua Essentia in se ipsa; quia si in hoc mundo haberet homo hanc cognitionem, hic mundus non dif-
fe-

150 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
feret á cœlesti gloria, in qua habet
homo cognitionem de tua gloriosa
Essentia.

23. *Virtuose Domine!* Quando i-
magnativa imaginando figurat & for-
mat prædestinationem per perfectio-
nem tuæ Sapientiæ, tunc per allego-
riam significat & exponit potentiam ra-
tionali, quod memoret & intelligat
& amet perfectionem tuæ gloriosæ Po-
testatis & Voluntaris & Justitiæ & Mi-
sericordiæ; quia si tua Sapientia scit se
ipsam perfectam per hoc quod sciat qui-
nam damnabuntur & quinam salvabun-
tur, necessariò oportet, quod sciat se
ipsam perfectam in sciendo, quod qui
salvabuntur, & qui damnabuntur, sal-
vabuntur & damnabuntur per justiti-
am; quoniam si tua Sapientia sciret
eos esse salvandos & damnandos in-
juriosè, sciret in Te defectum justi-
tiæ, ratione cuius deficerent in Te Po-
testas & Voluntas & Misericordia &
Justitia; & si hoc ita esset, sciret in
se defectum in hoc, quod sciret in Te
de-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 151
defectum, & sciret in hoc, quod se-
qucretur de tuo opere, defectum, &
sciret plus perfectionis in prædestina-
tione quam in se ipsa, quod est im-
possible.

24. Quando imaginativa, *Domine*,
imaginatur mundum non esse ordi-
natum, & hominem cecidisse in inor-
dinationem, eo quod moriatur &
habeat famam & sitim & calorem
& frigus & infirmitates & labores &
multas alias poenas, tunc imaginando
inordinationem significat rationi,
quod per allegoriam memoret & in-
telligat ordinacionem, ut anagogia
per inordinationem mundi intelligat
ordinationem ipsius intelligendo per-
fectionem tuarum Virtutum, quæ
per allegoriam significantur in inor-
dinatione mundi inordinati per pec-
catum; quia sicut aurum & argen-
tum sunt occasio, ut merces veni-
ant de una terrâ in aliam, & alii ho-
mines possint habere ab aliis id, quod
alii habent, ita imaginativa imagi-
nan-

152 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
nando inordinationem mundi est rationi occasio, ut memoret & intelligat ordinationem, quæ est in mundo ordinato per tuas gloriosas Virtutes.

25. i. *O Domine DEUS gloriose! in quo confidunt mei amores.* Quando imaginativa imaginando opinatur esse falsum id, quod est verum & esse verum id quod est falsum, tunc per tropologiam significat rationi, quod inquirat significaciones, per quas significatur id, quod est verum esse verum, & id quod est falsum esse falsum; sed quando ratio non recipit ab imaginatione id, quod ei significat, & est otiosa non inquirendo significaciones per quas demonstratur verum & falsum, tunc est injuriosa imaginationi, & relinquit eam in errore & impeditam: quin eam juvet; quia sicut una manus est obligata ad iuvandum aliam, ita ratio est injuriosa imaginationi, quando eam non juvat, secundum quod est ei necessarium.

26. Si-

26. Sicut unus homo, *Domine*, excitat alium à somno clamando vel tangendo eum ita imaginativa pungendo & tentando intellectualiter rationativam excitat eam, quando dormit in potentia, ut evigilet veniendo in actum ad inquirendum significaciones, per quas ipsa imaginativa possit imaginari veritatem in rebus veris & falsitatem in falsis; sed, quando rationativa non vult elevarе suam virtutem super imaginacionem, quæ non sufficit ad imaginandum veritatem & falsitatem, tunc est culpabilis, eo quod non utatur virtute quam potentialiter habet maiorem quam imaginativa; & propter ea est similis malo principi, qui potentialiter est Dominus sui vilis vasalli & actualiter se facit subditum ipsi.

27. Amoroſe *Domine*! Quando ratio non potest percipere significaciones, per quas demonstratur veritas & falsitas, tunc habet in ſe defec-

154 B.Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tum ratione cuius non scit percipere nec scire quatuor generales expositiones; & sicut homo cœcus non scit distinguere inter colorem & colorem, & non potest videre colorē sinē visu corporali, ita ratio non scit distinguere inter verum & falsum sinē quatuor expositionibus; & licet imaginativa significet rationi verū & falsum per quatuor expositiones, tamen ex hoc non sequitur quod ipsa sinē ratione sciat distinguere inter unum & aliud; sed si cut ignis sinē voluntate & scientia desiderat ascendere sursum, ita imaginativa sine scientia veri & falsi, quando ratio non intelligit veritatem, & falsitatem, significat ipsi rationi per quatuor expositiones quid sit verum & quid falsum, ut ratio dirigatur ad sciendum verum & falsum.

28. k. *Domine! qui sanas meos languores quando mea anima amat tuas laudes.* Quando imaginativa per historicam expositionem imaginatur,
quod

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 155
quòd Hostia sacrata non sit Caro nec
vinum sit Sanguis, tunc per tropo-
logiam significat rationi quòd, sicut
ex pane & vino generatur in poten-
tia vegetativa secundùm cursum na-
turalem caro & sanguis, ita ex Hos-
tia sacrata possit fieri caro & ex Vi-
no Sanguis per virtutem Verborum,
per quā allegoria significat ipsi ratio-
ni tuā perfectam Potestatem & Sá-
pientiam & Voluntatem & Humili-
tatem, quando imaginativa imagina-
tur oppositum perfectæ Potestatis &
Sapientiæ & Voluntatis & Humilita-
tis; ut anagogia per allegoriam po-
ssit frui tua perfecta Potestate & Sa-
pientia & Voluntate, & possit ora-
re & contemplari tuā gloriosam Hu-
militatem.


29. Quando imaginativa, *Domine*
imaginatur, quòd sub colore & sa-
pore & forma panis & vini non po-
ssit esse caro & sanguis, tunc utitur
cursu naturali, ut ratio per allegori-
am memorando & intelligendo, quo-

mo-

156 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
modo contra cursum naturalem mun-
dus fuerit creatus ex nihilo, & Ad-
dam fuerit factus ex terra & Eva ex
costa Adæ, & mare fuerit apertum
tribui Israel, & pluerit manna in de-
serto, & contra cursum naturalem
fit resurrectio, memoret & intelligat
quòd per perfectam Potestatem & Sa-
pientiam & Voluntatem & per per-
fectam Huinilitatem possit imagina-
tiva imaginari contra cursum naturæ
sub forma panis & vini gloriosam Car-
nem & Sanguinem nostri Domini JE-
SU Christi.

30. Quando imaginativa, *Domi-
ne*, imaginatur placitum & delecta-
tionem hujus mundi tunc per tropo-
logiam significat rationi, quòd per
allegoriam ascendat ad anagogiam me-
morando & intelligendo gloriam cœ-
lestem; & quando imaginativa ima-
ginatur poenam & laborem, quem
homo habet in hoc mundo, tunc
significat rationi, quòd memoret &
intelligat per tropologiam, ut alle-
glo-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 157
goria elevet memoriam & intellectum
ad anagogiam ad memorandum & in-
telligendum infernalem pœnam ; &
quando imaginativa imaginatur bona,
quæ sunt in homine ab ipso homi-
ne , tunc per allegoriam significat ra-
tioni quod intelligat peccata quæ sunt
in homine à se ipso , & bona , quæ
sunt in eo , à Te, & non à se ipso,
& mala quæ non sunt in eo à Te, sed
à se ipso : unde benedictus sis , *Do-
mine DEUS* , quia secundum prædic-
tum modum & artem omnes res , quæ
sunt in terminis potentialibus ratio-
nis , possunt exponi & sciri per qua-
tuor prædictas expositiones ad
gloriam & laudem Tuī qui
es noster gloriosus
DEUS.



CAP.

CAPUT CCCLVIII.

Quomodo homo orando & contemplando elevet suam Memoriam & Intellectum & Voluntatem ad nostrum Dominum

DEUM

i. **D**EUS Honorate! qui es dignus
a. *omnibus honoribus & omnibus honorationibus.* Qui vult exaltare & elevare suam memoriam & intellectum & voluntatem ad tuas altitudines, oportet, *Domine*, quod sciat habere artem & modum faciendi scalam ex gradibus sensualibus & intellectualibus, per quos elevet suam animam memorando & intelligendo & volendo quasdam sensualitates per alias, & intellectualitates per sensualitates, & sensualitates per intellectualitates & quasdam intellectualitates per alias; quia ista est scala per quam homo potest elevare suam memori-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 159
moriā & intellectum & voluntātem.

2. *Gloriose Domine!* qui vult ele-
vare suam memoriam & intellectum
& voluntatem, sciat cum memoria
& intellectu descendere ad vilitates
& miseras hujus mundi & ad vitia
& peccata quæ sunt in homine; &
faciat, quod sua voluntas omnes præ-
dictas res odiat & contemnat, quia
per illum modum elevat homo ani-
mam ad memorandum & intelligen-
dum & volendum & ad orandum &
contemplandum tuas glorioſas Virtu-
tes.

3. *Virtuose Domine!* Quantum ani-
ma perseverat in fruendo tuis Virtu-
tibus, tantum elevat suam memori-
am & intellectum & voluntatem; quia
sicut sensualiter per motum sensua-
lem homo accedit ad locum versus
quem movetur, ita intellectualiter per
fruitionem intellectualem elevat ho-
mo suam memoriam & intellectum
& voluntatem ad tuam beatitudinem;
quia

160 B. Ray. Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.
quia si memorando & intelligendo
suas culpas & odiendo eas ascendit
homo ad memorandum & intelligen-
dum & amandum tuam Potestatem
& Voluntatem & Sapientiam & Jus-
titiam & Misericordiam, quantò plūs
ascendet memorando & intelligendo
& volendo & fruendo Te per te ip-
sum & per tuas met Virtutes glorio-
fas.

4. b. *O Domine qui es melior & ma-*
jor & fortior omni alia re. Sensualiter
sentiimus & intellectualiter intelligi-
mus in animali rationali esse plures
& meliores creaturas quàm in ullo a-
lio animali: Igitur cùm hoc ita sit,
plūs poterit homo exaltare & elevare
suam animam memorando & intelli-
gendo & amando animal rationale
quàm memorando & intelligendo &
amando ullum aliud animal; quia
quantò valet plūs animal rationale
quàm irrationale, tanto potest ani-
ma plures & meliores res memorare
& intelligere & velle in ipso quàm in
ullo alio animali.

5. Si-

5. Sicut anima, *Domine*, elevat plūs memoriam & intellectum & voluntatem memorando & intelligendo & volendo animal rationale, quām memorando & intelligendo & volendo ullum aliud animal, ita sīcē omni comparatione elevat plūs memoriam & intellectum & voluntatem contemplando tuas Virtutes & tua opera, quām contemplando virtutes creaturarum & opera ipsarum; quia quantò Creator est melior quām creatura, & quanto meliores & majores & plures virtutes habet quām ipsa, tantò anima ascendit plūs per memoriare & intelligere & amare Creatorem quām creaturas; quoniam in quantum anima frāitur Infinitate & Äternitate & Perfectione & aliis Virtutibus Creatoris, in tantum superascendit aliam animam quæ in creaturis non potest frui similibus & æqualibus virtutibus.

6. *Honorate Domine!* Quantò plures & meliores res sunt in animali

162 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol III.*
rationali quàm in irrationali , tanto
plures & meliores res potest anima
oblivisci & ignorare & disamare in
animali rationali, quàm in irrationali
: Igitur cùm in tua gloriosa Essen-
tia sint plures & meliores & majo-
res virtutes quàm in homine , ideo
anima plús potest oblivisci & ignora-
re & disamare in Te quàm in homi-
ne : Igitur cùm hoc ita sit, sicut ani-
ma potest exaltare in Te memoriam
& intellectum & voluntatem plús
quàm in ulla alia re , ita per suam cul-
pam potest plús deprimere istas vir-
tutes obliviscendo & ignorando & dis-
amando Te , quàm obliviscendo ig-
norando , & disamando ullam aliam
rem ; quia anima plús potest oblivis-
ci & ignorare & disamare in substan-
tia æterna infinita & perfecta quàm
in substantia finita & terminata &
principiata & habere defectum in com-
paratione tuæ perfectionis.

7. c. *Excellens Domine? qui es con-
solatio & confortatio mei languoris.*
Quia

Quia tuus servus & tuus amator *Dominus DEUS*, proponit elevere per tuam gratiam & adjutorium, quantum possit, suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem ad ordinum & contemplandum & memorandum & cognoscendum & amandum suum Creatorem; propterea facit descendere ad infimum gradum suam memoriam ut memoret, & suum intellectum ut intelligat, & suam voluntatem ut odiat peccata quæ sensualiter fecit in rebus sensualibus, & postea vult, quod sua memoria descendet ad secundum gradum, ut memoret, & suus intellectus ut intelligat, & sua voluntas ut odiat peccata, quæ intellectualiter fecit in rebus intellectualibus; & istum descensum vult facere, ut possit ascendere ad alium gradum, in quo memoret & intelligat & amet virtutes creatas, scilicet potestatem & sapientiam & fidem & spem & charitatem & justitiam & fortitudinem & temperantiam & omnes alias virtutes.

s. Quia

8. Quia tuus servus, *Domine DEUS*, elevat suam memoriam & intellectum & voluntatem ad tertium gradum, ut possit elevare suam animam ad quartum gradum, propterea tua gratia & tuum adjutorium elevat à tertio gradu ad quartum memoriam & intellectum & voluntatem ipsius ad memorandum & intelligendum & amandum tuam sanctam Unitatem & Trinitatem & tuas sanctas Virtutes & Opera & tuam sanctam Incarnationem & Passionem & Resurrectionem & alias res, quæ sunt in tua sancta Deitate & in tua gloriofa Humanitate.

9. *Virtuose Domine!* Quando tres virtutes meæ animæ sunt elevatæ ad quartum gradum, & memoria & intellectus orando & contemplando impendunt totam suam potestatem in ascendendo ad altitudines quarti gradūs intellectualis & non possunt plus ultra ascendere nec per omnes altitudines illius gradus discurrere,
tunc

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 165
tunc voluntas vult, quod memoria
& intellectus plus ultra ascendant
quam ascenderint, ut ipsa possit plus
ultra ascendere; & quando voluntas
videt, quod non possint plus ultra af-
fendere, vult per se ipsam ascendere
supra id, ad quod ascenderunt me-
moria & intellectus, & non vult esse
in sola altitudine in qua sunt me-
moria & intellectus.

io. d. *Rex Regum & Domine Do-*
minorum! qui es amator tuorum lau-
datorum. Quia anima tui servi me-
morat & intelligit se plus oblivisci &
ignorare in tua gloriosa Essentia &
in tuis operibus & in tua humana na-
tura & in Operibus ipsius, quam me-
moret & intelligat in eis; propterea
sua voluntas vult, quod memoria &
intellectus plus ascendant, ut plus sit
id, quod memoria memorat & intel-
lectus intelligit in Te, quam id, quod
memoria oblitiscitur & intellectus ig-
norat; & totum hoc facit voluntas
per magnum fervorem quo amat tu-
um

166 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
um gloriosum *Esse* & tuas Virtutes
& tua opera, ratione cuius amoris &
fervoris vult, quod memoria memo-
ret plus quam possit memorare, & in-
tellectus intelligat plus, quam possit
intelligere.

11. Igitur cum ita sit, *Domine*,
propterea memoria memoravit & in-
tellectus intellexit voluntatem non
posse ascendere sine suo ascensu; &
ut voluntas posset ascendere usque
ad altitudines ad quas volebat & de-
siderabat ascendere, proposuerunt as-
cendere tantum quantum cis suffice-
ret virtus & robur, & voluntas im-
pendit totam suam potestatem in mul-
tum amando Te, ut per magnum fer-
vorem amoris posset cum memoria
& intellectu ascendere usque ad al-
titudines in quibus volebat, quod me-
moria memoraret & intellectus intel-
ligeret ipsam posse amare.

12. Et postquam omnes tres virtu-
tes animæ, *Domine*, proposuerunt as-
cendere usque ad quintum gradum
quan-

quantum possent, tunc memoria adeò fuit roborata in memorando & intellectus in intelligendo & voluntas in amando Te , quòd ferè acceſſerint ad quintum gradum, qui potentialiter est in eis in hoc mundo per corruptionem peccati , & in alio venit in actum per purificationem & recreationem in anima , quando est in cœlesti gloria ; qui gradus est adeò altus & nobilis & excellens, quòd in hoc mundo tres virtutes non possent verè ascendere ad ipsum memorando & intelligendo & amando secundùm quod ascendunt in alio seculo.

13. c. *O glorioſe Domine! qui es lumen omnium luminum & splendor omnium splendorum.* Quando tres virtutes conabantur , quantum poterant , ascendere ad quintum gradum , tunc memoria incepit memorare quid intellectus intelligeret in quinto gradu & memoravit valde modicum esse id, quod intellectus in eo intelligebat , &

168 B. Ray Lull Lib. Contpēl. Vol III.
& intellectus incepit considerare quid
memoria memoraret in quinto gradu
& intellexit valde modicum esse id,
quod memoria in eo sufficiebat me-
morare; & postquam tractaverunt de
se invicem , tunc invenerunt volun-
tatem plūs amare in quinto gradu
quam memoria posset memorare &
intellectus intelligere in ipso; & quan-
do tres virtutes stabant in hac frui-
tione , voluerunt movere motivam
sensualē ad nominandum & scriben-
dum id , quo fruebantur de quinto
gradu; & quia hoc erat inter ac-
tum & potentiam , & non omnino
in actu , propterea potentia motiva
sensualis non potuit sufficere ad no-
minandum nec scribendum illam mo-
dicam fruitionem quam habebant in
quinto gradu , quia si potuisset suf-
ficere , tres virtutes fuissent omnino
actuales in fruitione quinti gradus.

¶ 4. Quia tres virtutes , *Domine* ,
non poterant movere motivam sen-
sualē ad nominandum & scriben-
dum

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 169
dum id , ad quod intellectualiter mo-
vebatur motiva intellectualis , prop-
terea movebant motivam sensualem
ad jejunia & afflictiones & orationes
ut possent eam movere ad nominan-
dum & scribendum id , quo frue-
bantur in quinto gradu , & quantum-
cunque motivam sensualem afflige-
rent & torquerent jejuniis & oratio-
nibus & aliis mortificationibus , non
potuerunt eam movere ad id , in quod
ascenderant in quinto gradu ; & dum
hoc ita accidebat , ipsæ tres virtutes
valde mirabantur , quod faciendo quid-
quid poterant in fruendo Te non pos-
sent habere id , quod desiderabant à
motiva sensuali , quæ non poterat
tantum ascendere quantum motiva
intellectualis .

15. *Divine Domine ! Quando tres*
virtutes erant in hac occupatione ,
tunc anima fecit mandatum intellec-
tui , ut inquireret in memoria cau-
sam , quare ipsa non poterat totali-
ter ad quintum gradum elevare su-
am

170 R. Ray. Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.
am in memoriam & suum intellectum
& suam voluntatem ; & dum intellectus
hoc inquirebat in memoria , invēnit , quod anima non posset ha-
bere in hoc mundo adeò virtuosum
memorare & intelligere & velle , si-
cūt in alio ; & propterea non posset
in hoc mundo frui quinto gradu ,
quo fruitur in alio ; quia aliter hic
mundus esset adeò virtuosus sicut a-
lius , quod est impossibile.

16. f. *Santificate Domine virtuose a-
moroſe !* Dum memoria & intellectus
& voluntas non poterant ascendere
ad quintum gradum voluntas præ
magno fervore ascendendi , quem
habebat , valde reprehendit memori-
am & intellectum , quia ad illum
gradum non ascendebant , & memo-
ria & intellectus responderunt & di-
xerunt : quod non possent ascendere
ultra suam terminationem , nec vo-
luntas posset tantum ascendere quan-
tum desiderabat , eò quod iste mun-
dus non si locus in quo ipsa possit
im-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 171
implere suum desiderium ; quia in corpore corrupto & conspurcato per peccatum non potest voluntas habere perfectionem , quam haberet , si non esset peccatum primi Parentis.

17. Dum memoria & intellectus dicebant hæc verba , *Domine* , voluntas petivit ab eis & dixit : quænam est causa , quare ego plùs cupio ascendere ad quintum gradum , quàm vos ? & memoria & intellectus responderunt voluntati & dixerunt : tu in Adamo & in Dæmone fuisti plùs contraria & plùs inobediens Creatori quàm nos , quia memoria Dæmonis memorabat & intellectus intelligebat , quòd dæmon male faceret , quando volebat esse similis Creatori , & hoc idem fuit in Adamo , quia voluit comedere pomum & memoria memorabat & intellectus intelligebat , hoc esse contra mandatum DEI , & propterea dixerunt voluntati : quòd , sicut plùs erraverat

per

172 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
per nimium velle, ita deberet plūs
desiderare ascendere ad possidendum
locum de quo dæmon ceciderat per
inordinatam voluntatem & de quo
Adam exiverat per culpabilem vo-
luntatem.

18. Et propterea, *Domine*, me-
moria & intellectus dixerunt volun-
tati, sicut in dæmone & in Adamo
voluntas nos deviavit & indirexit
per culpabilem & vitiosum velle,
ita oportet, quòd in homine vo-
luntas sit adeò fervens & adeò di-
recta & adeò amatrix quinti gradus,
quòd dirigat memoriam & intellec-
tum ad ascendendum in ipsum post
transitum hujus vitæ mundanæ, quæ
est locus & tempus in quo voluntas
potest habere spatum & directio-
nem & libertatem amandi; venire ad
fælicem beatitudinem virtuoso amo-
re & virtuosis memorare & intelli-
gere, ut fruatur gloria, quam dæ-
mones perdiderunt per injuriosam vo-
luntatem, quæ injuriavit memoriam
&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 173
& intellectum , quos oportet habere
passionem intellectualem , ut volun-
tas possit torqueri infernalibus pœ-
nis ; & quia memoria & intellectus
habuerunt culpam , eò quòd consen-
serunt voluntati , & opinati sunt rem
impossibilem , & se permiserunt indu-
ci à voluntate , & voluntas non pos-
set torqueri quin torquerentur me-
moria & intellectus ratione magnæ
unionis , quæ est inter istas tres virtutes ,
propterea oportuit , quòd memoria
& intellectus dœmonis essent in pœna
per culpabilem voluntatem incul-
pantem memoriam & intellectum ,
qui opinati sunt esse similes suo Crea-
tori.

19. g. *Excellens Domine ! qui es al-*
tus super omnes altitudines. Postquam
memoria & intellectus dixerunt vo-
luntati prædicta verba , tunc voluntas
respondit & dixit : ego volo plus as-
cendere quàm memoria memoret &
intellectus intelligat , eò quòd sim plus
obligata ad altius amandum quàm me-
moria

moria ad memorandum & intellectus ad intelligendum; quia sicut voluntas dæmonis minùs amavit suum Creatorem quàm memoria ejus obliata sit, & intellectus eum ignoraverit, ita ego per allegoriam sum obligata ad plús ascendendum quàm memoria & intellectus, ut per contrarium sensum possim ascendere ad altitudines de qua dæmones ceciderunt.

20. Dum voluntas, *Domine*, dicebat hæc verba: memoria memoravit & intellectus intellexit, quod, quia voluntas erat plús obligata & plús fervens in ascendendo ad altitudinem in quam memoria non poterat ascendere memorando, nec intellectus intelligendo, propterea uteretur plús sua virtute in amando suum Creatorem, & faceret, quod memoria & intellectus plús fruerentur ipso, quàm si in hoc mundo esset æqualis memoriae & intellectui; nam quia voluntas est in majori fervore amandi quam memoria memorandi &

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 175
& intellectus intelligendi, propterea
facit hominem intendere in multa
facta, & se exponere multis pericu-
lis confidendo in suo Creatore posse
illa facta perficere ad dandum lau-
dem de ipso; quoniam si memoria
memoraret & intellectus intelligeret
quidquid voluntas vult, nullus ho-
mo se exponeret periculo in eo quod
memoraret & sciret, nec oportet
eum habere confidentiam & spem, eò
quod esset determinatum in suo me-
morare & in suo scire id, quod o-
portet sequi ex suis factis secundum
tuam sapientiam.

21. Postquam memoria, *Domi-
ne*, memoravit & intellexit istas res,
ipsa incepit memorare & intellectus
intelligere, quod si voluntas in hoc
mundo non supra ipsos ascenderet in
fruitione DEI, nullus homo posset
habere veram fidem & legem, nec pos-
set habere virtuosam voluntatem nisi
in rebus, quas memoraret & sciret;
& sequetur, quod agricultæ & ho-
mines,

176 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
mīas, qui debent tractare de arti-
bus mechanicis non possent habere
tantum meriti per virtuosum velle
quantum sapientes per virtuosum sci-
re; & si ita esset, non prodesset ho-
mini, nisi id quod sciret, quòd est im-
possible; quia si esset possibile, pri-
varentur in mundo fides & lex &
confidentia & spes, & mundus esset
inordinatus & frustra; sed quia vo-
luntas super ascendit memoriam &
intellectum, propterea generantur fi-
des & confidentia & spes in homi-
ne.

22. h. *Amator Domine omnis boni*
& omnis directionis! Dum memoria
& intellectus hoc modo loquebantur
cūn voluntate, & voluntas habebat
valde magnum fervorem ascendendi
sursum ad orandum & contemplan-
dum Te, intellectus petivit à volun-
tate an vellet, quòd ipse inquireret
& tentaret, an posset habere cogni-
tionem de omnibus creaturis, & vo-
luntas ei respondit & dixit, quòd
mul-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 177
multum ei placeret, ut cognitio, quam
ipse haberet de creaturis, esset ei oc-
casio ascendendi ad amandum suum
Creatorem; & tunc intellectus inqui-
sivit in memoria naturam sensualem
& intellectualem & omnia individua
utriusque & composita ex animabus,
& non tantum quæsivit in firmamen-
to & elementis & Angelis & anima-
bus & animabus & accidentibus, quæ
sunt in substantiis creatis, quod po-
tuerit habere cognitionem de omni-
bus rebus, quæ sunt in creaturis,
imò fuit multò plus sine omni com-
paratione id, quod ignoravit in eis,
quam id, quod percepit.

23. Quando intellectus, *Domine*,
intellexit se non posse percipere &
scire omnes creatureas sed solum mo-
dicam quantitatem earum, dixit vo-
luntati: si ego non possum intelli-
gere & scire omnes creatureas, quæ
sunt in quarto gradu, quomodo pu-
tas, quod possim ascendere ad quin-
tum gradum dum sum in hoc mun-
do?

M

178 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
do? & tunc voluntas ei respondit
dicendo: benè cognosco quòd non
possis ascendere supra terminos in
quibus es terminatus; sed rogo te,
ut simul cum memoria des comple-
mentum meo desiderio, & tunc in-
tellectus respondit quòd ipse & me-
moria non sufficerent ad dandum
complementum voluntati; quia al-
ter in memorando & intelligendo es-
sent æquales ei in amando: igitur cùm
probaverimus, quòd voluntas debe-
at esse major, eo quòd possit plus
āmate quām memoria memorare &
intellectus intelligere, propterea quæ-
libet harum virtutum est obligata ad
fruendum Te secundūm quod est ei
data virtus & vis ad orandum & con-
templandum suum honoratum DEUM
gloriosum.

24. Quando memoria & intellec-
tus loquebantur cum voluntate mo-
do, prædicto, *Domine*, voluntas di-
xit eis: licet non possitis tantum me-
morare & intelligere quantum ego
pōs-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 179
possum desiderare, saltem facite in
memorando & intelligendo, quod
ego requiescam & allevier a labori-
bus & languoribus, quos sustineo
per excessivum fervorem & amorem;
quia nisi hoc faciatis, ponam vos
in labore praeterno magno fervore & a-
more, & vos est contra præmodico
memorare & intelligere mihi dabitis
laborem.

25. i. *Creator Domine Pater potens
omnium rerum!* Postquam voluntas
dixit praedicta verba memoriae & in-
tellectui, una harum duarum virtu-
tum dixit alteri: quid faciemus de
voluntate, & quodnam consilium po-
terimus sumere? quia habet adeo mag-
num fervorem ascendendi ad quin-
tum gradum, quod die & nocte non
sinat nos requiescere a magnis soli-
citudinibus, in quibus suinus per ip-
sius magnum fervorem & amorem;
& tunc alia virtus respondit illi: ego
non video aliud consilium, nisi quod
conemur quantum possimus mem-
tare

180 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
rare & intelligere magnas & multas
& nobiles res , ut voluntas plūs com-
pleatur & plūs satietur eis; quia,
quò plūs voluntas accedet ad com-
plementum & satietatem sui deside-
rii , eò majorem occasionem habe-
bimus requiescendi à nostris gravi-
bus laboribus.

26. Dum memoria cum intellectu loquebatur hæc verba , *Domine* , fuit memori Alexandri , qui fuit dominus totius mundi , & dixit intellectui : non scis , quòd voluntas Alexandri fuerit quieta & satiata , quando sua memoria memoravit & suus intellectus intellexit , quòd ipse haberet totum mundum , & per quietem & satietatem voluntatis quievieren-
t memoria & intellectus ? faciamus ergo nos , quòd voluntas amet Creatorem & Dominum mundi , qui amor erit melior quám voluntas Alexandri , & faciamus quòd amet & velit corpus mori ad amandum & laudandum & honorandum Creato-
rem

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 181
rem mundi & ad servien dum ipsi ,
quia nulla voluntas potest esse in hoc
mundo melior , nec ulla memoria ,
quæ talem mortem memoret , nec
ullus intellectus , qui talem mortem
intelligat , potest in hoc mundo su-
pra se habere meliorem : & quando
intellectus intellexit memoriam , cog-
novit , quòd quidquid ipsa dicebat
esset veritas .

27. *Virtuose Domine ! Postquam*
memoria & intellectus dixerunt ver-
ba prædicta , statim opere adimpli-
verunt ea in tantum , quòd volun-
tas non amaverit ullam aliam rem ,
nisi Creatorem & dare laudem de ho-
norationibus ipsius mortificando &
affligendo corpus & tradendo ipsum
mortificationibus & laboribus desi-
derando mortem amoris & dulcedi-
nis & valoris ; & dum voluntas istas
res amabat , quiescebat in hoc , quod
amabat & desiderabat secundùm quod
memoria memorabat & intellectus
intelligebat ; & tunc super hoc intel-
lectus

lectus inquisivit in memoria , an voluntas esset satiata & an memoria quiesceret ; & inquisivit in se ipso , an esset alleviatus à labore , quem antea sustinebat ; & dum intellectus hoc inquirebat , invènit voluntatem valde fortiter laborare desiderando quomodo posset venire ad id , quod amabat ; & propterea intellectus inultum laborabat in addiscendo & memoria in memorando id , quod voluntas desiderabat .

28. k. *Fortis Domine super omnes fortitudines ! qui es spes mearum potestatum.* Quando intellectus invènit & intellexit se & memoriam & voluntatem esse in valde magno labore , tunc dixit memoriae : estne in toto mundo res adeò mirabilis sicut ista , quòd nos faciamus pro voluntate quidquid possimus , & adhuc non sufficit , ut nos & ipsa possimus habere remedium & quietem ? & dum intellectus dicebat memoriae hæc verba , voluntas audivit ea , & dixit intellectus

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVIII. 183
tellectui & memoriae: quomodo potestis mirari, quod ego tantum laborem & tamen miramini, quod non habeam maiorem solicitudinem & laborem & afflictionem ex hoc, quod in mundo sint tot homines infideles & inhonoratores sui Creatoris & Recreatoris, a quo tot dona recipiunt?

29. Postquam memoria & intellectus intellexerunt voluntatem, *Dome*ne, dixerunt ad invicem: faciamus quantum possumus in tractando quod *Religiosi & alii homines justi & sanctae* *vitæ ad discant varias linguas & cant* *ad prædicandum infidelibus*, ut eos con-*vertant quin dubitent sustinere labores* & pericula & mortem, & quod Pa-*ter Apostolicus & Cardinales destinent* *reditus, quibus in diversis provinciis* *infidelium fiant expensæ ex parte Ec-* *clesie Romanae quo usque per prædicatio-* *nem & per vim armorum & per ora-* *tionem & contemplationem & devo-* *tionem hominum sanctæ vitæ totus mun-* *dus*

184 B.Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
dus det gloriam & laudem honorato
Creatori, qui voluit incarnari suum
Filium, ut per Passionem ipsius hu-
mana species esset parata & directa
ad perdurablem beatitudinem; & post-
quam memoria & intellectus dixerunt
ad invicem hæc verba, tunc dixe-
runt voluntati: an esset contenta &
satisfacta si sanctum negotium prædic-
tum tractarent?

30. Quândo voluntas audivit hæc
verba, *Domine*, incepit jurare, & ju-
ravit ter dicendo: „quòd in ea non
„invenirent requiem nec remedi-
„um quo usque totus mundus es-
„set Christianorum, & omnes da-
„rent gloriam & laudem de uno
„DEO in Trinitate, Creatore, Re-
„creatorem & Glorificatorem, & tunc
responderunt memoria & intellectus:
nos impendemus totam nostram po-
testatem, & per hoc excusabimur a-
pud Te; sed voluntas respondit: non
est natura perfecti amoris satiari, li-
cet homo impendat totam suam po-
testa-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCCLVIII. 185
testatem , quia satietas non stat in
conatu potestatis , sed in comple-
mento operis , quod voluntas a mat
& quando memoria audivit id, quod
dicebat voluntas , dixit intellectus:
nunquam habebimus remedium nec
pacem cum voluntate dum simus in
hoc mundo , & intellectus dixit me-
moriæ , „ non est aliud consilium ,
„ nisi quod in brevi tempore faciamus
„ quod corpus moriatur orando &
„ contemplando & prædicando infi-
„ delibus sanctam Fidem Romanam
„ ad dandum laudem de suo Crea-
„ tore , & post mortem corpora-
„ lem omnes tres virtutes glorifi-
„ cabimur & contemplabimur
„ in cœlesti gloria in præ-
„ sentia Essentiæ
„ divinæ.



CAPUT .

CAPUT CCCLIX.

Quomodo homo orando & contemplando nostrum Dominum DEUM sciat habere artem & modum dicendi verba Rhetoricè ordinata.

i. a. **O** *DEUS gloriose virtuose! qui es gloria meorum amorum. Qui vult loqui pulchritè & rethoricè & directè, sciat habere artem & modum, per quem sciat formare & dicere sapienter & ordinatè sua verba; quia sicut citharœdus habet artem & modum edendi sonum cum cithara, ita oportet, quod homo habeat artem & modum dicendi verba rhetorice ordinata: Igitur cum hoc ita sit, ars & modulus est, Domine, quod homo faciat sex figuræ, ex quibus componantur quinque figuræ intellectuales: unde dicimus quod sit.*

A. Potentia motiva intellectualis.

B. Potentia motiva sensualis.

C.

C. Memoria & Intellectus & Voluntas.

D. Compositum ex A. & B.

E. Potentia vegetativa & Sensitiva & Imaginativa & Rationalis.

F. Primus motus & duæ intentiones & veritas & devotio & conscientia & temperamentum animositatis & speci.

2. Et postquam homo, *Dominus;* formaverit & figuraverit sex figuras, oportet, quod ex eis componat *quinq[ue]*, quarum

Prima est A. C.

Secunda A. C. D.

Tertia A. C. F.

Quarta A. C. F. E.

Quinta A. B. C. E. F. D. & postquam figuraverit has quinque figuras, & eas composuerit ex sex prædictis, oportet, quod ex ipsis quinque faciat quatuor figuras intellectuales, ut sensualiter eas componat & ponat in quinta figura; quia aliter non posset loqui verba Rhetoricè & pulchre ordi-

188 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ordinata , & loqueretur casualiter in
omni quod diceret.

3. Unde benedictus sis , *Domine* ,
DEUS , quia sicut quatuor elementa
primò conjuntur & componuntur in
grano frumenti vel in radice arboris
sub terra , & postea per generatio-
nem ostendunt se in forma vegetabi-
lis crescentis super terram , ita oportet ,
quòd quatuor figuræ compositæ
primò conjungantur & componan-
tur intellectualiter , ut in quinta fi-
gura se ostendant per verba pulchre or-
dinata & dicta ; & sicut oportet , quòd
quatuor elementa sint priùs sub ter-
ra , & flos , quem generant accipiat
figuram super terram , ita quatuor fi-
guræ debent esse primò in potentia
sensitiva , & postea quinta debet sequi
ordinationem earum.

4. b. *Virtuose Domine ! qui es hono-*
ratus in omnibus honorationibus. Qui
vult figurare & formare primam fi-
guram , necessariò oportet , quòd po-
tentiam motivam dividat in duas par-
tes ,

tes, quarum una sit A. & alia B., & postea oporet, quod accipiat A. & relinquat B., & conjungat ipsum A. cum C., ut A primò moveat C. si nè B. ad memorandum & intelligendum & amandum Te; quia quin C. cum A. finè B. primò memoraret & intelligeret & amaret Te, esset impossibile, quod B. in quinta figura posset esse pulchrum & ordinatum in verbis, ad quæ se moveret.

5. *Humilis Domine!* Qui vult formare & figurare secundam figuram, oportet, quod conjungat A. & C. cum D., ut ex A. & B. componat res, quas vult loqui, & aspiciat quod individua ipsorum A. & B. sint pulchra & appropriata ipsi B., ut ex eis possit melius formari quinta figura; quia quando individua ipsorum A. & B. sunt turpia & impropria, D. non recipit pulchram nec ordinatam nec veram compositionem ex A. & B.; & propterea exit quinta figura turpis & dissonans & inordinata, & cadit ho-

190 B.Ray.Lulli Lib.Contēpl.Vol.III.
homo in derisionem & verecundiam
& opprobium.

6. *Virtuose Domine!* Qui vult formare tertiam figuram, oportet, quòd ponat A. & C. in F., ut A. & B. ordinatè & pulchrè se moveant in quinta figura per septem res, quas F. continet in se; quia ad pulchra verba necessarium est, quòd homo incedat per primum motum, & det tibi primam intentionem; & id, quòd dicit, sit veritas; & habeat devotionem in suis verbis; & habeat conscientiam in eis; & oportet, quòd temperamentum sit in animositate hominis, qui loquitur; & quòd loquendo habeat confidentiam; quia omnes illas res oportet esse in A. & C., antequam veniat B., ut quando homo loquetur, sit jam ordinatum & directum B. per A. & C. in F.

7. c. *Infinite Domine immortalis virtuose!* Qui vult formare & figurare quartam figuram, oportet, quòd ponat A. & C. & F. in E., ut omnes

Lib V. Dist. XL. Cap. CCCLIX. 191
nes quatuor potentiae sint ordinata
subjecta quintae figurae; quia si vega-
tativa esset in aliqua passione, & sen-
sativa esset domina rationalis, & i-
magnativa non haberet veram ima-
ginationem & imaginaretur casuali-
ter, & rationalis non esset domina mo-
tivae intellectualis & sensualis, quinta
figura non posset habere actualem
formam ordinatam & directam ad
loquendum & dicendum verba pul-
chra & ordinata.

8. *Gloriose Domine!* Postquam ho-
mo ordinaverit & direxerit quatuor
figuras intellectualiter, oportet, quod
intret in quintam figuram cum ordi-
natione ipsorum quatuor, & opor-
tet, quod, sicut homo cæcus sequi-
tur ductorem videntem, ita B. in quin-
ta figura sequatur ordinationem, quam
antea fecerunt intellectualiter A. &
C, & D. & E. & F. quia, sicut ho-
mo cæcus non sciret incedere nisi du-
ceretur; ita B. non sciret nec posset
dicere verba pulchra & vera & bene
ordi-

192 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
ordinata nisi sequeretur A. & C. &
D. & E. & F.

9. Unde benedictus sis, *Domine*,
DEUS, quia, sicut in materia sunt
potentialiter formæ per generationem
& corruptionem, ita pulchræ dictio-
nes & pulchra verba sunt potentiali-
ter in B. per ordinationem factam in
quatuor figuris: & sicut est impossi-
bile, quod in materia possit esse ul-
la forma potentialiter secundum cur-
sum naturalem sine generatione &
corruptione, ita est impossibile, quod
in B. possint formari pulchræ dictio-
nes & pulchra verba sine A. & C.
& D. & E. & F.: Igitur cum hoc
ita sit, qui vult pulchre & ordinatè
loqui, caveat sibi, ne privet in quin-
ta figura A. vel C. vel D. vel E.
vel F.

10. d. *Creator Domine Cæli & terra*
& omnium rerum! Qui vult loqui &
dicere pulchras dictiones & pulchra
verba de rebus sensualibus, oportet,
quod moveat A., ut cum eo move-
veat

ii. *Amoroſe Domine!* Qui vult lo-
qui de firmamento, & vult facere
de ipſo aliquam pulchram compara-
tionem, loquatur de magnitudine &
velocitate ipſius, & de pulchritudi-
ne Solis & Lunæ & Stellarum. & de
splendore ipsorum & de virtute, quam
habent super corpora elementata; &
quantó Sol est pulchrior & major &
splendidior quam Luna, & Luna plús
quam aliæ stellæ, tantó libentius co-
netur loqui & facere comparationes
de Sole quam de Luna, & de Luna

194 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl.Vol. III.*
quám de ulla alia stella; quia quanto homo loquitur de rebus pulchrioribus & majoribus & virtuosioribus, tanto sunt sua verba pulchriora & meliora & gratiiora auditui & intellectui.

12. Qui vult loqui & facere comparationes de vegetabilibus, *Domine*, oportet, quod quatuor figuris consideret pulchriora & meliora vegetabilia; quia B. pulchrius movetur in quinta figura, quando nominat florēm quam corticem, & albedinem quam nigredinem, & viriditatem quam aritudinem, & dulcedinem quam amaritudinem, & rosam vel liliū vel pomum quam siliquam vel rubrum, & sic de aliis vegetabilibus; quoniam sicut aliæ formæ artificiales sunt pulchriores aliis secundum quod alii artifices melius sciunt eas formare quam alii; ita verba pulchrius formantur per quadam vegetabilia, quam per alia; quia sicut oculi habent majus placitum in visione pulchrarum figurarum

rarum & pulchrorum colorum quam
in visione turpium figurarum & co-
lorum, ita aures habent maius placi-
tum in auditione verborum, quæ pul-
chriora & meliora vegetabilia signi-
fiant, quam aliorum.

13. c. *Vere Domine, digne omni re-
verentia & honore!* Qui vult dicere
pulchra & ordinata verba de rebus
intellectualibus, oportet, quod primò
quatuor figuris consideret, quænam
res sint meliores & pulchriores inter
intellectuales, & postea moveat B.
ad nominandum illas: Igitur cum hoc
ita debet esse, qui pulchriora ver-
ba, quæ homo possit loqui de rebus
intellectualibus, vult dicere, nomi-
net unum DEUM in Trinitate infini-
tum æternum vivum potentem sapien-
tem amicosum simplicem glriosum
perfectum justum misericordem hu-
milem patientem Creatorem & Re-
creatorem & Glorificatorem; quia
nulla verba possunt formari & figu-
rari ita bene in creatura sicut verba,
que

196 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
quæ homo loquitur de Creatore &
de Virtutibus & Proprietatibus & Qua-
litatibus & Operibus ipsius.

14. Unde benedictus sis, *Domine*,
quia, sicut anima habet nobiliorem
& pulchriorem memoriam & intelli-
gentiam & voluntatem, quando me-
morat & intelligit & amat suum Crea-
torem & Qualitates & Proprietates ip-
sius, quām quando memorat & intel-
ligit & amat creaturas, ita B. est mul-
tò pulchriùs finè omni comparatione,
quando nominat Deitatem & DEUM
& divinam Essentiam & Infinitatem
& Aeternitatem & Creatorem & ali-
as Virtutes increatas, quām quando
nominat ullam creaturam, vel ullum
accidens, vel ullam aliam rem, quæ
non sit in Creatore; quoniam sicut
figura animalis veriùs demonstratur in
animali rationali quām in irrationali,
& meliùs in irrationali, quām in fi-
gura picta in pariete, ita pulchritu-
do verborum meliùs demonstratur in
verbis, quæ homo loquitur de Te,
quām in ullis aliis verbis. 15.

15. *Pie Domine!* Quando homo Te orat & Te invocat & Te precatur & tibi gratias agit & Te laudat & benedicit, tunc loquitur pulchrioris dictiones & pulchriora verba, quæ possit loqui; quia sicut finalis ratio propter quam homo est creatus, est laudare & honorare, & benedicere & cognoscere Te, ita pulchriora & convenientiora verba & quæ pulchrius dici possint, sunt, quando homo quatuor figuris movet B. in quinta figura ad laudandum & honorandum & benedicendum suum honoratum DEUM gloriosum, & ad ei serviendum.

16. f. *Condonator Domine omnium qui pænitendo ad Te clamant!* Qui vult pulchrè & placenter loqui, loquatur de Angelis & animabus sanctis & de virtutibus intellectualibus, quia quantò res intellectuales sunt meliores sensualibus, tanto possunt dici pulchriora verba de Angelis & de animabus & de virtutibus quam de rebus

198 B. Ray, *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
bus sensualibus; quoniam pulchriora
vocabula sunt Angelus & anima
& memoria & intellectus & voluntas
& justitia & misericordia, quām cor-
pus & caput & manus & pedes &
oculi & os, & sic de aliis rebus sen-
sualibus; & pulchrius vocabulum est
sanctus Gabriel & sanctus Michaël
quām dæmon & anima vitiosa pec-
atrix injuriosa & superba,

17. Unde benedictus sis, *Domine*
quia pulchriora vocabula sunt nomi-
na virtutum, quām vitiorum, &
sensuum intellectualium quām sen-
sualium, & pulchriora vocabula
sunt nomina operum, quæ homo facit
sensibus intellectualibus, quām quæ
facit sensibus sensualibus, & pul-
chrius est nominare potentiam sensi-
tivam quām vegetivam, & imagina-
tivam quām sensitivam & motivam,
& pulchrius est nominare potentiam
rationalem quām ullam aliarum; quia
quanto aliqua potentia plús accedit
ad res intellectuales & recedit à sen-
suali-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIX. 199
sualibus, tanto pulchrius est eam no-
minare & pronunciare.

18. *Honorate Domine!* Pulchrius &
virtuosius vocabulum, quod homo po-
sset nominare, est JESUS CHRISTUS,
quia qui nominat ipsum, nominat tu-
am gloriosam Essentiam divinam &
tuam sanctam Humanitatem, qua
valet multo plus sine omni compar a-
tione quam omnes aliæ creaturæ; &
post nomen JESUS CHRISTUS pul-
chrius vocabulum, quod homo po-
sset nominare, est nostra Domina sanc-
ta MARIA Virgo gloria; quia nul-
la creatura, nec omnes simul valent
tantum nec habent tantum virtutis
& gloriae & honorationis, quantum ista
Domina; & postquam homo nomi-
naverit ista excellentiora nomina, si
velit nominare alia, valde pulchra
ad nominandum, nominet meam Pa-
tronam sanctam Annam & meos Pa-
tronos sanctum Joachim & sanctum
Joannem, & sanctum Jacobum & san-
ctum Petrum, sanctum Andream &
san-

200 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
sanctum Paulum & alios Apostolos;
sanctum Franciscum & sanctum Do-
minicum, sanctum Bernardum & sanc-
tam Magdalenam, sanctam Cathari-
nam & omnes Sanctos gloriæ: Unde
benedictus sis, *Domine DEUS*, quia
quanto sancti gloriæ sunt maiores in
gloria quam nos in hoc mundo, tan-
tò est pulchrius eos nominare quam
res quæ sunt in hoc mundo.

19. g. *Humilis Domine plene pietate & gratia!* Sicut in firmamento &
in vegetabilibus & in rebus intellec-
tualibus debet homo seligere illas res
de quibus pulchrius possit loqui, ita
in animalibus debet seligere illa, de
quibus pulchriora verba & pulchrio-
res rationes & meliora opera possit
promuntiare & dicere, quia quanto
alia animalia valent plus quam alia,
& sunt alia pulchriora aliis, tan-
to potest homo dicere pulchriora & ra-
tionabiliora & gratiiora verba de qui-
busdam animalibus quam de aliis.

20. Igitur cum hoc ita sit, pul-
chrius

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIX. 201
chrius vocabulum est *Pontifex* quām
Cardinalis Episcopus, & *Episcopus* quām
Clericus & *Religiosus*; & pulchrius vo-
cabulum est *civis* quām *rusticus*, &
eques quām *civis* & *Comes* quām *e-
ques* & *Princeps* quām *Comes*, & *Rex*
quām *Princeps*, & *Imperator* quām
Rex; & pulchrius est nominare bo-
num quām malum, & hominem jus-
tum quām peccatorem, & sanitatem
quām infirmitatem, & fidelitatem
quām falsitatem, & pacem quām
bellum, & sic de aliis rebus simili-
bus.

21. *Honorate Domine!* Sicut pul-
chrius est nominare quosdam homi-
nes quām alios, ita pulchrius est no-
minare quasdam bestias & aves quām
alias, sicut aquilam & falconem, e-
quum & leonem, lucium & salmo-
nem quām gallum & vulturem & cā-
nem & asinum, salpam & halecem:
Igitur cūm hoc sit, qui vult lo-
qui pulchra verba & vult facere pul-
chras comparationes, sciat dicere pul-
chra

202 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
chra vocabula; quia ex pulchris vo-
cabulis potest homo componere pul-
chra dictamina & pulchras orationes,
& sciat homo loqui & facere com-
parationes de pulchrioribus membris
quæ sunt in animalibus; quia pul-
chrius est nominare partes, quas na-
tura non occultat in hominibus, quām
loca imminanda, per quæ potentia ex-
pulsiva expellit suas foeditates & im-
mundicias.

22. h. O Domine! qui *aggratias* &
beneficias omnes *confidentes* in Te. Si-
cut vegetabilia formant & figurant
pulchriores & sapidiores fructus in
uno tempore quām in alio, ita B.
pulchrius moverunt ad loquendum in
uno tempore quām in alio; & sicut
bestiæ & aves sunt pinguiores & me-
liores in uno tempore quām in alio,
ita verba sunt gratiora dictu & audi-
tu in uno tempore quām in alio; &
sicut quidam fructus & quædam ani-
malia irrationalia sunt apta ad com-
dendum in uno tempore & alia in
alio,

alio, ita sunt verba, quæ vonvenienter dici possunt in uno tempore & non in alio.

23: *Virtuose Domine?* sicut verba convenientius dicuntur & audiuntur in uno tempore quam in alio, ita convenientius dicuntur de causa finali, quam de causa efficiente & materiali, & formali; quia quanto causa finalis valet plus, quam efficientis & materia & forma, tanto verba quæ fundantur super causam finalem sunt pulchriora dictu & auditu, quam quæ fundantur super efficientem & materiam & formam; & sicut verba, quæ fundantur super causam finalem, sunt pulchriora & meliora dictu, ita verba, quæ fundantur super primam intentionem & primum motum sunt pulchriora dictu & auditu, quam quæ fundantur super secundam intentionem & secundum motum.

24. *Excellens Domine!* Sicut anima est melior per memorare & intelligi-

204 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
telligere & velle res bonas & nobis-
les, quām per memorare & intelli-
gere & velle res viles & parvi valo-
ris, ita verba sunt pulchriora & gra-
tiora auditu in uno loco, quam in
alio; quia sicut memoria nobilitatur
per nobilitatem rei memoratæ, ita
verba pulchrificantur per bonitatem
loci, in quo dicuntur; & sicut volun-
tas deturpatur, quando vult res viles
& turpes, ita verba deturpantur & in-
ordinantur, quando non dicuntur in
loco eis conveniente: Unde benedic-
tus sis; *Domine DEUS*, quia, sicut in
unāmet terra fit una arbor pulchra &
bona, & propè ipsam alia arbor al-
terius speciei non potest fieri pulchra
& bene formata, ita quælibet verba
habent suum locum appropriatum se-
cundūm personas, quæ sunt in illo
loco; & propterea quadam verba sunt
pulchra & bene dicta in uno loco, &
alia in alio.

25. i. *Juste Domine plene misericor-
diā & gratiā! Quantō occasio acce-
dit*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLIX. 205
dit plūs ad *esse* quam causalitas, tanto verba, quæ dicuntur occasionatè sunt pulchriora verbis, quæ dicuntur causaliter; & quantò verba, quæ dicuntur causaliter accedunt plūs ad privationem quàm ad *esse*, tanto sunt turpiora & irrationabiliora & inordinatoria; & quantò numerus est pulchrior & major & termini majores antecedunt minores, tanto verba sunt pulchriora, quando dicuntur de maiori numero & de majoribus comparationibus & de majoribus novitatibus & raritatibus.

26. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, nam quia anima rationalis non potest satiari in hoc mundo, & desiderat suum complementum, propterea plūs delectatur homo, quando audit verba nova & rara, cō quòd putet per illa posse melius venire ad id, quod desiderat, quàm per verba, quæ assuetus est audire, in quibus & per quæ non potest invenire complementum suæ animæ; & ratione placiti,

206 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
citi , quod anima habet , quando ho-
mo audit novas rationes & demons-
trationes , sunt verba pulchra in il-
lo , qui ea dicit ; quoniam sicut res
est substantialior , quando dicitur su-
per esse , quam quando dicitur super
modum ipsius esse , ita omne verbum
novum & rarum melius accedit ad
desiderium animæ , quæ desiderat id ,
quod non habet , quam verba vete-
ra , quæ anima habet in usu in rebus
in quibus non invenit suum comple-
mentum ,

27. Qui vult dicere & formare
pulchra verba , oportet , Domine ,
quod det majorem occasionem pla-
cito illorum qui auscultant verba
quam placito summet loquentis ; quia
quod fortior erit occasio faciendi pla-
citum audientibus , eò plus dicens quæ
ret verba placentia & grata auditui &
retentioni ; quoniam si homo , qui
loquitur , plus intendat habere placi-
tum in hoc , quod dicit , quam dare
placitum illis , qui audiunt , non in-
quiet

quiret tantum placitum illorum quantum sui ipsius; & propterea verba non poterunt esse adeò pulchra in placito unius, qui loquitur, sicut in placito multorum qui auscultant: Igitur qui vult pulchrè loqui, oportet, quod primò in quatuor figuris consideret plus & magis occasionatè placitum auscultantium quàm suūmet, ut in quinta figura formentur pulchriora verba in placito multorum quàm unius tantùm; & postquam homo, *Domine*, per istum modum formaverit quintam figuram, oportet, quod, quando ipsa erit melius formata & pulchrisicata, finiat verba, ne per illa verba, quæ non sint adeo pulchra & quæ sunt nimis longa, corrumpat pulchritudinem verborum præcedentium; quia sicut materia dat formæ totum suum complementum & postea eam corrumpit, ita multi homines, qui nimis loquuntur, post quam pulchris verbis figuraverint quintam figuram, eam corrumpunt &

208 R. Ray. Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.
& deturpant verbis longis & super-
fluis,

28. k. *Divine Rex gloriae! qui es me-*
lior omnibus bonis. Sicut dedimus fi-
guram, artem & modum, per quem
homo sciat loqui pulchra & placen-
tia verba, ita, *Domine*, per eandem
figuram artem & modum, potest ho-
mo habere artem & modum intelli-
gendi & sciendi verba, quæ audivit;
quia quando homo vult addiscere &
intelligere, oportet, quòd sequatur
eandem formam modum & artem,
per quam qui loquitur, scit dicere
verba pulchra & ordinata & ratio-
nata; quoniam sicut corpus recipit
sustentationem vitæ, eo quòd recipi-
at virtualia in materia elementali si-
bi similia in natura & qualitatibus,
ita scholaris qui vult addiscere à ma-
gistro, oportet, quod faciat A. & C.
& D. & E. & F. similes illis quæ fa-
cit magister, ut in quinta figura pos-
sit habere simile B.

29. Unde benedictus sis, *Domine*
DE-

DEUS, quia, sicut victualia intrando in corpus augent illud per generationem, quando corpus non ejicit tantum per expulsivam, quantum retentiva retinet; ita scholaris, quando recipit omne id, quod magister ei monstrat, & per id, quod addiscit, scit per se addiscere & intelligere aliam rem quam magister ei non monstrat, tunc superascendit magistrum in intelligendo & sciendo: sed sicut corpus corrumpitur & consumitur quando appetitiva non petit id, quod indiget retentiva, & quando expulsiva expellit plus quam recipiat appetitiva & coquat digestiva & retineat retentiva, ita quando scholaris non retinet id, quod magister ei monstrat, & per se non scit intelligere ullam rem, tunc corrumptur in eo quatuor figuræ & per corruptionem earum non potest in eo generari Sapientia in quinta figura.

30. *Gloriosé Domine!* Sicut quando homo vult pulchrè loqui oportet,

O

quòd

210 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
quòd suus intellectus inquirat in me-
moria id, quod recondidit in ea, ita
quando homo vult intelligere id, quod
audit, oportet, quòd suus intellectus
recondat in memoria id, quòd in-
tellectus magistri extrahit à memo-
ria ipsius, & sicut oportet, quòd ma-
gister, qui docet, pulchritudine sua
verba faciendo bonam faciem & dan-
do significationem hilaritatis, cò quòd
intellectus det id, quod est in me-
moria, propter quod voluntas debet
facere faciem magistri hilarem, cò
quòd det & debeat habere placi-
tum, quando dat; ita scholaris, qui
vult addiscere & intelligere debet of-
tendere faciem seriam & non subri-
ditem, cò quòd intellectus recon-
dat in memoria & non det; quia si-
cut facies magistri debet esse lèta ad
lætificandum scholares, ita facies scho-
larium debet esse quasi tristis ad re-
condendum & custodiendum id, quod
recipiunt: Igitur cùm hoc ita sit,
qui vult habere artem & modum ad-
dis-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 211
descendi & docendi pulchris dictio-
nibus & verbis, sciat habere prædic-
tam artem & modum ad gloriam &
laudem sui glorioſi DEI.

CAPUT CCCLX.

*Quomodo oratio & contemplatio ordi-
nata sit res bona.*

i. **O** DEUS honorate glorioſe vir-
a. **O** tuose, abundans omnibus bonis!
Qui vult videre & scire bonitatem &
nobilitatem & magnum fructum ora-
tionis & contemplationis, oportet,
Domine, quod primò videat & sciat
ordinationem & directionem, quam
oportet esse in oratione & contem-
platione, & quæ fit in sex rebus, sci-
licet in *sensualitate & intellectuali-
te*, in *veritate & intentione*, in *pri-
mo motu, & causa finali*; & postquam
homo sciat sex prædictas res, opor-
tet, quod ordinatè cum eis incedat
per *septem virtutes* quæ sunt *Fides,*
Spes

212 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
*Spes, Charitas, Justitia, Sapientia,
Fortitudo & Temperantia.*

2. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia quando homo ordinaverit istas septem virtutes cum sex prædictis rebus, tunc formabitur suo intellectui bonitas & nobilitas & utilitas orationis & contemplationis; quoniam, sicut vegetabilia figurant & demonstrant oculis corporalibus flores & fructus in ordinata dispositione, postquam receperint ordinatam compositionem, per quam habent perfectam formam, ita oratio & contemplatio se demonstrant in nobili dispositione postquam receperint formam in septem virtutibus per sex res prædictas.

3. Igitur, sicut fructus, qui sunt maturi & perduci ad perfectionem, sunt pulchri & sapidi & boni ad vendendum & ad odorandum & comedendum, ita, *Domine*, oratio est bona & fructuosa, quando est ordinata in septem virtutibus per ordinatam

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 213
tam sensualitatem & intellectualita-
tem & veritatem & intentionem &
primum motum & finalitatem: quia
sicut memoria dirigitur ad memo-
randum & intellectus ad intelligen-
dum , quando voluntas hominis a-
mat plūs memorare & intelligere
Te , quām ullam aliam rem , & si-
cut voluntas dirigitur ad amandum,
quando memoria memorat & intel-
lectus intelligit Te plūs quām ullam
aliā rem , ita virtutes eò plūs di-
riguntur & ordinantur in oratione,
quò plūs fruuntur Te , & quó plūs
recipiunt ordinationem à sex rebus
prædictis.

4. b. *Divine Domine!* qui es com-
plementum omnium bonorum , & prin-
cipium omnium principiorum . Qui vult
ordinare & dirige septem virtutes ad
orandum & contemplandum suum glo-
riosum DEUM , oportet , quod prius
ordinet suas sensualitates tali modo,
quod sint obedientes significationibus ,
per quas vera fides & spes & cha-
ri-

214 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ritas & justitia & sapientia & fortitu-
do & temperantia possunt venire de
potentia in actum ; quia ordinatæ sen-
sualitates sunt subjecta sensualia , per
quæ formantur in ordinata disposi-
tione subjecta intellectualia , per quæ
figurantur prædictæ virtutes ; & per
hanc figuram figuratur & demonstra-
tur nobilitas & bonitas orationis &
& contemplationis.

5. *Honorate Domine!* Quando ho-
mo habet veram intentionem , & pri-
mo motu orat & contemplatur per
septem virtutes , tunc virtutes recipi-
unt usum à suam virtute , per quam
fruuntur suo honorato glorioso DEO ;
& ratione hujus fruitionis recipiunt
gratiam & benedictionem à suo Crea-
tore ad orandum & contemplandum
ipsum ; quia sinè veritate & sinè or-
dinata intentione & sinè primo mo-
tu , septem virtutes non possent uti
sua virtute nec possent frui suo Crea-
tore , cōquòd non haberent cum quo
reciperent gratiam ab ipso orando &
con-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 215
contemplando cum; quoniam sicut
potentia vegetativa non potest conser-
vari sine quatuor potentiis, quæ ei
serviunt, ita septem virtutes non pos-
sunt tractare de ordinata oratione &
contemplatione sine veritate & bona
intentione & primo motu.

6. *Amoroſe Domine!* Qui vult for-
mare & fortificare valde magnam o-
rationem & valde ferventem contem-
plationem, ſciat cum omnibus sep-
tem virtutibus salvare & custodire fi-
nalem rationem propter quam ſunt
creatæ; quia quando homo incedit
per causam finalem, & plūs obedit
cauſæ finali ſubſtantiali quam acci-
dentali, tunc habet ordinationem in
ſe, & ſequitur finalem rationem, prop-
ter quam eſt creatus & beneficiatus
a ſuo Creatore; & per uſum, quem
habet in cauſa finali, ſcit ſe cuſto-
dire ab accidentibus, quæ falſò fi-
gurant humano intellectui cauſam fi-
nalem accidentalem eſſe cauſam fi-
nalem ſubſtantialem; & propterea ho-
mi-

216 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
mines nescii decipiuntur & transfigurant suam intentionem & suam orationem, & invertunt figurās virtutum, & faciunt eas esse vitia, & faciunt de prima intentione secundain, & de secunda primā; & ideò multoties putant orare & contemplari Te, & Te blasphemant & maledicunt, ratione quarum blasphemiarum & maledictionum se damnant ad infernales pœnas.

7. c. *Æterne Domine sine fine & sine principio!* Qui vult quod sua oratio & contemplatio sit bona & perfecta, sciat Te orare & contemplari per veram fidem secundūm prædic tam ordinationem, quia quando homo orat & contemplatur credendo unum DEUM in Trinitate, infinitum vivum æternūm potentem sapientem amorosum justum misericordem humilem patientem, Creatorem, Recreatorem, Glorificatorem, incarnatum, natum & crucifixum qui descendit ad inferos, & resurrexit, &

af-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 217
ascendit ad cœlos , & judicabit bonos
& malos, tunc dat fidei totam vir-
tutem , quam potest ei dare per cre-
dulitatem ; & per hoc formatur & fi-
guratur sua oratio & contemplatio in
valde nobili & sancta dispositio-
ne.

8. *Gloriose Domine ! Postquam ho-*
mō conatus fuerit ex omni sua po-
testate habere nobilem & bonam &
veram fidem , oportet , quod ita in
amoret suam voluntatem erga sanctam
Fidem Romano-Catholicam , quod ad
honorandum Te & ipsam , quam per-
effusionem Tui præiosi sanguinis &
tuam angustiosam mortem adeo honoras-
ti , desideret & proponat esse pauper &
sustinere tormenta & mortem ; quia in
quantum homo amat honorare id ,
quod Tu honorasti & laborare & mori
pro eo pro quo Tu laborasti & mortuus
fuisti , & vult illud honorare talibus
rebus quibus Tu illud honorasti , sci-
licet labore & morte , & effusione
Sanguinis Tui & Apostolorum & ali-
orūm

218 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
orum discipulorum, in tantum ho-
norat sanctam Fidem Romanam, &
in quantum homo eam honorat in
tantum per ipsam recipit honoratio-
nem & utilitatem oratio & contem-
platio, qua per honoratam fidem Te
orat & contemplatur.

9. *Humilis Domine!* Quando ho-
mo desiderat, & totam suam po-
testatem impendit ut sanctus Pater
Apostolicus & Cardinales & Prælati
& Religiosi & Principes & alii sub-
diti sanctæ fidei Romanæ ordinent &
dirigant, quomodo destinentur redi-
tus in fundum perpetuum ad conver-
tendum ad sanctam Fidem Romanam
totum mundum, tunc exaltatur &
multiplicatur sua oratio; & quando
homo intendit & desiderat, quod es-
sent Cardinales assignati cuilibet pro-
vintiæ infidelium, qui haberent re-
ditus & facerent expensas, ut possent
addisci variæ linguae, & possent mit-
tere suos nuntios, qui demonstrarent
& prædicarent sanctam Fidem, & ip-
fi

si Cardinales per vim armorum conarentur militare & pugnare armis sensualibus, tunc sancta Fides christiana extenderetur & multiplicaretur per equites sensuales & intellectuales, quia nulla vis potest contra vim sensualem & intellectualem, dummodo Tu sis amatus & laudatus & Tibi serviatur in prælio per ordinatam orationem & contemplationem.

10. d. *Singularis Domine sine pari & sine socio! à quo venit gratia & benedictio.* Qui vult exaltare & nobilitare suam orationem & contemplationem, sciat in ea formare & figurare spem; quia quando homo memorat & intelligit suam fragili potestatem & fragil potestatem & sapientiam & voluntatem quæ est in creaturis in comparatione sanctæ justæ misericordis & perfectæ Potestatis & Sapientiæ & Voluntatis Creatoris, tunc format spem in suo memorare & intelligere & velle, per quam anima Te orat & contemplatur confidendo in tua Potestate &

Sa-

220 B.Ray.Lulli. Lib.Contēpl. Vol. III.
Sapientia & Voluntate memorando
& intelligendo & amando eas.

11. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia, sicut natura pulchrificat humanam formam super omnes alias formas creatas , eo quod in humana forma conjungantur plures creaturæ diversæ ad componendum eam quam in ulla alia specie ; ita quando spes & confidentia est vere ordinata in oratione & contemplatione , format valde nobiliter & valde pulchre orationem & contemplationem , quoniam de majoribus honorationibus & de majoribus placitis quæ homo possit tibi dicere & facere , est quod in suis sollicitudinibus & necessitatibus confidat & speret in tua Misericordia & pietate & in tua justa & perfecta potestate & Sapientia & Voluntate.

12. Igitur cum hoc ita sit , *Domine* , qui vult habere valde magnum placitum habendi Te , sciat in Te posse totam suam spem , & non confidat in alia potestate nec sapientia nec voluntate.

luntate nisi in tua , quia adeo est magnum placitum , quod Tu habes , quando homo vult habere succursum & adjutorium & misericordiam à tua Potestate& Sapientia& Voluntate, quod non sit ulla potestas nec sapientia nec voluntas , quæ posset nocere illis , qui á Te sperant gratiam & benedictionem in suis necessitatibus : Igitur cùm hoc ita sit , *Domine* , tuus servus & tuus subditus osculatur terram , & elevat suas manus & suos oculos ad cœlum & ad sanctam Crucem ante tuum gloriosum Altare dicendo : quod in tua Potestate & Sapientia & Voluntate confidat ex tota sua potestate & sapientia & Voluntate , ut Te possit amare & timere , & ut possit omni tempore tuam benedictionem habere .

13. c. *Fortis Domine super omnes potestates , amate super omnes amores . Qui vult exaltare & nobilitare suam orationem & contemplationem, oportet , quod habeat charitatem : Igitur quia tuus servus Te vult orare & contem-*
pla-

222 B.Ray.Lulli Lib Contēpl. vol. III.
plari ex tota sua potestate & sapien-
tia & voluntate , propterea á Te petit
charitatem, quoniam Tu es tota chari-
tas & in charitate ; & propterea tuus
servus orat & contemplatur tuum A-
morem, & amat omnes res in generali
& in speciali, quæ sunt dignæ amari
& Te precatur pro Patre apostolico &
pro Cardinalibus & pro Prælatis & Reli-
giosis & pro Principibus , ut eis des
gratiam ordinandi mundum , quoniam
eis dedisti potestatem , per quam possunt
ipsum ordinare & reducere ad unam fi-
dem si volunt .

14 Gloriose Domine ! Quia volo
habere charitatem & amorem , Te pre-
cor pro infidelibus , ut eos adducas ad
conversionem , & pro defunctis , qui
sunt in purgatorio , ut eis des requiem
incoelesti gloria ; & precor Te , pro isto
„ opere contemplationis , ut ipsum
„ multiplices , & in manus hominum
„ fidelium & veracium ipsum venire
„ facias ; & precor etiam Te pro meo
„ Do-

,, Domino Rege & pro mea uxore
,, & pro meis prolibus & pro meis
,, specialibus amicis & pro omnibus
,, Christianis; & ita ante tuum Altare
amo Te in tua Unitate & Trinitate &
in omnibus tuis Proprietatibus & in
omnibus tuis Virtutibus; & amo om-
nia tua mandata & tuas honoartio-
nes & omnes illos , qui Té amant ,
& qui amant id quod Tu amas.

15 *Gloriose Domine ! Tuus servus*
orat & amat tuam Humanitatem &
meam Dominam sanctam MARIAM
*& sanctam Annam , & sanctum Gabri-
elem & sanctum Michaelem & om-
nes Angelos ; & amat sanctum Joa-
chim & omnes Prophetas & sanctum*
*Joannem & sanctum Jacobum & sanc-
tum Petrum & sanctum Paulum &*
santum Andream & omes Apostolos
& Martyres , & sanctum Dominicum
*& sanctum Franciscum & sanctum Ber-
nardum & omnes Confessores , & sanc-
tam Magdalenam & sanctam Cathari-
nam & omnes Poenitentes Virgines , &*

Ma-

Martyres, & omnes virtutes cœli ; & omnes istos Sanctos & Sanctas amat,
Domine, tuus servus, quia vult augere & multiplicare suam orationem
 & contemplationem amando charitatem & amando illos, qui eam amant.

16. f. *Adjutor Domine ! qui adjuvas omnes qui pro Te laborant , Quia tuus servus Te vult orare & contemplari, propterea orat & contemplatur tuam sanctam Justitiam dicendo : quod amet & timeat eam, & ad amorem & timorem ipsius recognoscit se esse à Te creatum & recreatum & beneficatum valde majoribus donis & indulgentiis & honorationibus quam ad ipsum pertineant; & propterea confitetur & eum pænitet accusando & judicando se ipsum & sua gravia Peccata ; & punit se afflictione corporali & languore pro amore intellectuali. obediendo tuis mandatis, cognoscendo se esse subditum ad honorandum & laudandum tuas honorationes , & ad agendum Tibi gratias pro donis , quæ ei das , & pro culpis , quas ei remittis?*

17. Glo-

17. *Gloriose Domine!* Tuus servus
orat & benedicit tuam Sapientiam, di-
cendo & clamando & precando eam,
ut ei des Sapientiam, per quam pos-
sit monstrare & significare Te illis qui
Te non cognoscunt; & pettit à Te gra-
tiam ut ei ostendas vias, per quas ho-
mo perveniat ad Te, & ei ostendas
quænam sint res tibi placentes & accep-
tabiles; ut in eis Te possit amare &
honorare & laudare & benedicere & tibi
servire; & quia Tu creasti suam me-
moriā & suum intellectum & suam
voluntatem, placeat Tibi ei dare tan-
tam sapientiam, quod sciat memoria
memorare & intellectu intelligere &
voluntate amare.

18. *Amoroſe Domine!* Sicut equus
frusta datur homini nescienti equitare
ita justitia & sapientia frusta dantur
homini qui memoria non scit memo-
rare nec voluntate amare; & sicut me-
moria & intellectus & voluntas frustra
darentur homini, si non memoraret
nec intelligeret nec vellet justitiam &

226 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sapientiam, ita justitia & sapientia frus-
ta dantur homini, quando cas non
potest nec scit nec vult memorare &
intelligere & velle: Igitur cùm Tu, *Do-
mine*, nullam rem des nec dederis ho-
mini frusta, homo per suam culpam
& per suum peccatum alteravit in va-
nitatem id, quod Tu ei dedisti ordi-
natè & ad necessitatem: Igitur cùm
hoc ita sit, placeat tibi reducere ad oc-
casione & necessitatem id, quod in
fideles & Christiani peccatores altera-
verunt & verterunt in vanitatem.

19. g. *Rex Regum & Domine Do-
minorum!* qui es consolatio meorum
amorum, Tuus servus à Te pe-
tit fortitudinem ut sit fortis in tuis
viribus ad vincendum & superandum
vitia & peccata, mundum carnem &
dæmonem, & omnem tentationem;
& ut nec superbia nec luxuria nec ira,
nec vana gloria nec falsitas nec ullum
aliud vitium habeat potestatem in eo
& placeat tibi, quòd ipse sit adeò for-
tificatus tuis viribus, quòd possit esse
for-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 227
fortis in afflictionibus & jejuniiis , in
faciendo pœnitentiam & in instruen-
do vincendo & superando infideles qui
ignorant tuas vires ; , & placeat tibi
, quod longam vitam laboriosam pos-
, sit impendere in horando Te & ser-
, viendo Tibi ex omnibus viribus,
quas dedisti suis sensualitatibus & in-
tellectualibus.

20. *Humilis Domine , plene pie-*
tate & gratia ! Tuus servus à Te
petit temperantiam in suo comedere & bibere & vigilare & dormire , & petit à Te gratiam , ut ci des
continentiam & patientiam & absti-
nentiam & castitatem & humilitatem
& veritatem & alias virtutes; quia per
temperantiam est homo ordinatus
ad habendum omnes prædictas virtu-
tes ; & Tibi , *Domine ,* qui creasti &
terminasti meos sensus sensuales &
intellectuales , placeat eis dare tem-
perantiam in omnibus suis necessariis &
in omnibus suis officiis ;
quia , sicut corpus humanum eo plus

4000.

ac-

228 B. Ray. Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.
accedit ad sanctitatem & conserva-
tionem vitæ , quò plùs in eò sunt
temperatæ suæ virtutes, ita sensus sen-
suales & intellectuales & tres virtu-
tes animæ & quinque potentiæ eò plùs
accedunt ad virtutes, quò plùs est in
eis temperantia rerum sensualium &
intellectualium.

21. *Divine Domine!* Qui vult no-
bilitare , honorare & ordinare suam
orationem ; oportet , quod per om-
nes prædictas virtutes genuflexus sci-
at Te orare & contemplari , & in
qualibet earum osculetur terram &
clevet suas manus & suos oculos ad
cœlum, & postea petat à Te gratiam,
ut omnibus peccatoribus des prædic-
tas virtutes melius quam ipse sciat
à Te petere ; quia quando homo Te
orat & contemplatur modo prædicto,
tunc exaltat & dirigit nobilitatem &
bonitatem orationis ; quoniam sicut
aurum & argentum , de quibus ho-
mo sumit servitium , sunt nobiliora
& meliora in fructificando quam au-
rum

Lib. V. Dist. XI. Cap. CCCLX. 229
rum & argentum , quæ avarus dives
habet occulta, vel quæ sunt sub terra;
ita oratio ordinata & directa secun-
dum prædictum modum est multò
melior sine omni comparatione quam
oratio , quām homo occultat in se
ipso solo & non facit eam venire de
potentia in actum.

22. h. *Æterne Domine gloriose ! à
quo descendunt omnes benedictiones .*
Post quam homo figuraverit & ordi-
naverit orationem & contemplatio-
nem, tunc oportet , quod eam aspiciat
in sua bonitate & virtute cognoscen-
do , quod oratio & contemplatio sit
bona res , eò quod possit homo
eam habere , quotiescumque velit, &
quicumque possit eam habere in quo-
cumque loco & in quocumque tempo-
re sit , & omnis homo possit habere
tantam orationem & contemplatio-
nem quantam velit : Igitur cùm hoc
ita sit , propterea res bona est oratio
& contemplatio ; quia sicut aurum est
bonum homini diviti , qui potest ip-
sum

230 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
sum habere , & non est bonum paupe-
ri , eo quod ipsum sit in adeo mo-
dica quantitate , quod non omnes ho-
mines possint de ipso habere quando
indigent , ita oratio & contemplatio
est bona , eo quod divites & pauperes
possint de ea habere quantum ve-
lent.

23. Unde benedictus sis , *Domine*
DEUS , quia si panis & vinum & caro
& vestes & aqua & ignis & sal & aliæ res
similes sunt bonæ corporali vitæ licet
homo non possit de eis habere , quan-
tum vult nec quotiescumque vult , quan-
tò plus oratio & contemplatio est res
bona animæ , cùm omnis homo pos-
sit de ea habere quantumcumque ve-
lit & in quocumque loco & tempore
velit ? Igitur cùm hoc ita sit , qui vult
intelligere & cognoscere magnam no-
bilitatem & bonitatem orationis &
contemplationis , sciat memorare &
intelligere & amare in ea res prædic-
tas ; quia sicut homini sunt dati duo
oculi sensuales , ut ei significetur , quod
in-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 231
intellectus aspiciat prædestinationem
duabus perfectarum Virtutum tuarum
scilicet justitiâ & sapientiâ , ita homini
sunt datæ res sensuales necessariæ cor-
pori ad significandum bonitatem ora-
tionis, quæ est necessaria animæ : Igi-
tur sicut homo non potest perfectè
videre prædestinationem , nisi eam as-
piciat simul cum tua Justitia & Sapien-
tia , ita non potest cognoscere boni-
tatem orationis nisi eam aspiciat cum
rebus sensualibus necessariis corpori.

24. *Pie Domine !* Oratio & contem-
platio est nuncius velox verax sapiens
diligens fortis amabilis de nobis ad Te
& de Te ad nos ; quia quām primūm
homo Te orat & contemplatur, sta-
tim est tecum, & Tu es cum eo: Unde
benedictus sis, *Domine DEUS*, quia o-
ratio & contemplatio est via perdu-
rabilis beatitudinis, quæ elongat & de-
viat hominem ab infinita pestilentia,
& oratio & contemplatio dat homini
sapientiam & fortitudinem , amorem
& lætitiam , consolationem & patien-
tiam,

232 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tiam, continentiam & diligentiam, fidelitatem & veritatem, devotionem & divitias, contritionem & castitatem, veram fidem, spem & charitatem, justitiam temperantiam & omnes alias virtutes.

25. *Liberalis Domine in omnibus bonis! qui es perfectio mearum perfectiōnum.* Oratio & contemplatio est res adeò bona, quòd auferat iram & superbiam, invidiam & avaritiam, prodigalitatem & luxuriam, malevolentiam, falsitatem & omnia alia vitia: Igitur cum oratio & contemplatio det omnes virtutes & auferat omnia vitia, quis est qui possit arbitrari & æstimare magnam nobilitatem & bonitatem ipsius?

26. *Honorate Domine amoroſe grata!* Adcò bona & grata res est oratio & contemplatio, quòd omnia meliora dona quæ possint dari, det, & graviorem & majorem miseriam auferat & deleat; & det omnia dona & remittat omnia peccata, & dirigat homines errantes, & faciat eos venire ad viam & portum

sa-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 233
salutis; etiam oratio dat sanitatem &
aufert mortem, lætificat tristes & amo-
rificat carentes amore, lavat & sanat,
mundat & purificat res sordidas & im-
mundas & deformatas in peccato; facit
quoque hominem largum & pulchrè
loquentem & audacem & benè edu-
catum & adjuvat cum contra suos mor-
tales inimicos. Per orationem & con-
templationem, *Domine*, exaltat homo
suam memoriam & intellectum & vo-
luntatem, & agit gratias suo Creatori,
ipsum honorat & laudat, benedicit &
amat, obedit ei & servit: oratio dat ho-
mini pacem & quietem, & facit eum
animosum in faciendo & tractando bo-
num & in evitando malum: oratio leti-
ficit Angelos & Santos gloria, & facit
homines divites memorare & amare
pauperes & fortis memorare & amare
debiles, sapientes nescios, & justos am-
are illos, qui petunt misericordiam:
& oratio est radix & caput & occa-
sio omnium bonorum & omnium per-
fectionum & omnium beatitudinum:

Igi-

Igitur cùm hoc ita sit benedictus sis,
Domine, qui in homine creavisti
 orationem & contemplationem, quæ
 tot dona dat & tot peccata remittit,
 & benedicti sint omnes amatores &
 servi & subditi & laudatores oratio-
 nis & contemplationis.

27. k. *Gloriose Rex gloriae! qui es sanctus Sanctorum gloriae.* Qui vult cognoscere & scire nobilitatem & virtutem orationis, *Domine*, sciat cognoscere & scire bonitatem sensualis formæ orationis sensualis; quia quando homo nominat DEUM infinitum vivum æternum omnipotentem sapientem, amorosum, simplicem perfectum & gloriosum, tunc sensualitas orat tuam gloriosam Essentiam & tuas gloriosas Virtutes; & quando homo nominat JESUM Christum & Passionem, Sapientiam Potestatem Amorem & alias Virtutes tuæ Humanitatis, tunc orat sua sensualitas: Igitur, sicut sua potentia vegetativa est melior & virtuosior in animali rationali per con-
 junc-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 235
junctionem potentiae rationalis, ita
sensualitas, quæ tuam Deitatem orat
& contemplatur est melior omnibus
aliis sensualitatibus.

28. *Humilis Domine!* Cùm oratio
formetur ni figura intellectuali, ut pro-
bavimus in principio hujus Distinctio-
nis, qui vult videre & scire magnum
valorem orationis intellectualis, sciat
memorare & intelligere quām nobilis
res sit memorare & intelligere & a-
mare DEUM & suas Virtutes & Pro-
prietates & tuam sanctam Humanita-
tem & suas virtutes & gravem mor-
tem, quam sustinuit pro nobis pcc-
catoribus; quia lucrari totum the-
saurum qui est in mundo, & esse Do-
minum totius mundi, & scire omnes
virtutes creaturam, & habere omnem
fortitudinem pulchritudinem & omne
placitum creatum, non est adeò bo-
num & proficuum sicut orare & con-
templari & laudare & amare Te &
servire Tibi: Igitur cùm hoc ita sit,
qui vult cognoscere valorem oratio-
nis

236 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
nis sciat cogitare & æstimare quo-
modo multò melius sit animæ me-
morare & intelligere & amare rem
infinitam , quám memorare & in-
telligere & velle & habere posses-
sionem totius mundi , qui est res fi-
nita.

29. *Æterne Domine gloriose!* Cúm
tertia forma orationis sit, quando ho-
mo ex figura sensuali & intellectuali
componit tertiam figuram ad oran-
dum & contemplandum suum glorio-
sum DEUM , quis est , qui posset æs-
timare magnam bonitatem orationis
in hac **tertia** figura? quia quando o-
ratio est in **tertia** figura , *Domine* ,
tunc homo Te otat & contempla-
tur & laudat dic & nocte , & in
omni quod facit sensualiter & intel-
lectualiter ; quoniam dum ipse posue-
rit in habitu orationem & contem-
plationem sensualem & intellectualem
tertia figura orationis & contempla-
tionis est formata actualiter in eo ,
& numquam privatur nec corrum-
pitur ,

pitur, quo usque per contrarias sensualitates & intellectualitates corrumpatur in operibus peccati,

30. *Santificate Domine!* Adeò nobilis & bona & alta res est oratio, quòd omnes quinque potentias animæ & quinque sensus sensuales & quinque intellectuales & tres virtutes animæ ordinet & dirigat: Igitur sicut denarius valet plús quàm obulus, quia homo non daret denarium pro obulo, ita quinque potentiae & quinque sensus sensuales & quinque intellectuales & tres virtutes animæ valent plús, quàm omnes denarii, & omne aurum & argentum & omnes lapides pretiosi totius mundi; quia pro istis rebus non daret homo ullam suarum potentiarum, nec daret suum gustum nec suum visum nec suum tactum nec suam perceptionem nec suam memoriām nec suum intellectum nec suam voluntatem.

30. Igitur cùm hoc ita sit, quod omnes sensualitates & intellectuali-

tes,

tes, quæ sunt in homine, recipiant ordinationem & directionem & virtutem per orationem et contemplationem, quomodo potest esse, *Domine*, quod pro denariis vel vanis delectationibus det homo orationem et contemplationem? nam qui plus amat cogitare et memorare & amare denarios & fœminas & virtualia & vestimenta & venationem & ludos & alias vanitates quam memorare & intelligere & amare orationem & contemplationem, plus amat obulum quam denarium, & plus amat denarios & alias vanitates quam suas potentias & suos sensus sensuales & intellectuales & virtutes animæ; quia per privationem orationis & contemplationis sunt indirectæ & inordinatae omnes suæ sensualitates & intellectuallates, & convertuntur ad opera peccati.

Unde benedictus sis, *Domine DEUS, Homo peccator pro uno peccato mortali dat Te & beatitudinem quam*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLX. 239
quam ei parasti, & dat se & omnes
suas sensualitates & intellectuali-
tates pœnis perdurabilibus, & non
daret unum denarium pro uno obu-
lo, nec daret suum visum corpora-
le nec suam voluntatem pro toto
mundo, si ei daretur: Igitur cùm
hoc ita sit, hoc mihi videtur mira-
bile super omne mirabile, quod ho-
mo per unum modum det rem me-
liorem pro viliori & per alium hoc
non faceret; & totum hoc evenit à
prima intentione & secunda, quæ se
faciunt medium inter sapientem &
stultam mercaturam; quia homo, qui
non daret suos oculos nec suam vo-
luntatem pro toto mundo, intelligit,
quod si haberet mundum, perderet
visum & voluntatem, & propter ea
non vult facere stultam mercaturam;
sed homo qui pro uno placito luxu-
riæ vel vanæ gloriæ dat Te & se, &
se facit servum dæmonis, habet in-
tentionem possidendi placitum & ha-
bendi Te. & se quando volet; & per
is.

240 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
istum modum falluntur & decipiuntur homines & deviant à cœlesti gloria & à præsentia divina.

CAPUT CCCLXI.

Quomodo homo orando & contemplando nostrum gloriosam DEUM sciat habere cognitionem de munditia & puritate Anima.

i. **D**EUS sapiens potens! cui detur
a. **D**omnis gloria & honor. Qui
vult habere cognitionem de sua ani-
ma, an sit purificata & munda à pec-
cato, oportet, *Domine*, quòd figu-
ret figuræ sensuales, ut per eas pos-
sit elevare suum intellectum ad fi-
gurandum figuræ intellectuales, per
quas habet homino cognitionem de
munditia & puritate animæ: Igitur
cùm hoc ita sit, propterea ponimus
& dicimus, quòd sit.

A. **DEUS.**

B. **Significatio ipsius A.**

C.

C. Anima.

D. Significatio ipsius C.

E. Puritas & munditia Animæ.

F. Significatio ipsius E.

G. Culpa & Peccatum Immunditia
Animæ.

H. Significatio ipsius G.

I. Memoria & Intellectus & Vo-
luntas.

2. *Gloriose Domine!* Postquam ho-
mo figuraverit has *nove* in figuras,
oportet ipsum figurare alias quatuor,
ponendo & affirmando quod sit.

K. Perfectio.

L. Esse.

M. Defectus.

N. Privatio; & postquam figura-
verit has quatuor figuras, oportet
cum ex *nove* prædictis & ex his
quatuor figurare *duodecim* figuras, quæ
sunt compositæ & derivatæ ab ipsis
nove & quatuor figuris, ut per eas
possit cognoscere sanctitatem & pu-
ritatem animæ vel culpam & macu-
lam ipsius.

Q

3. Unde

3. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia quando homo quatuor figuris facit inquisitionem in novem prædictis figurando duodecim figurās, tunc habet artem & modum, per quem sciat formare & figurare suo intellectui sapientiam & cognitionem, demonstrationem & certificationem de anima, quæ est in sanctitate & puritate per bona opera, & de anima, quæ est in culpa & peccato & in vitiis & in immunditia per mala opera, dummodo sciat ducere & figurare figurās secundūm proprietates & qualitates carum; & caveat sibi, nec eas alteret & mutet in contrarias proprietates, nec eis figuret ullam impropriam figuram; quia si hoc faceret, intellectus reciperet falsam figuram per quam esset inordinatus, & non posset recipere veras significaciones prædictarum figurarum.

4. b. *Honorator Domine omnium honorantium Te! Amator Domine omnium amantium Te!* Ex duodecim
figu-

Lib. V. Dist. XL Cap. CCCLXI. 243
figuris *prima* formatur quando B. demonstrat ipsi I., quod A. non sit in Unitate & Trinitate. *Secunda* quando B. demonstrat ipsi I., quod A. sit infinitum vivum æternum potens sapiens amabile simplex gloriosum & perfectum. *Tertia* quando B. demonstrat ipsi I. quod A. creaverit mundum, & sustineat quidquid est, & sit benefactor, & justus & misericors. *Quarta* quando B. demonstrat ipsi I., quod A. recreaverit mundum, & misserit Filium ad assumendum carnem in nostra Domina sancta MARIA Virgine gloria, qui est mortuus pro nobis peccatoribus, & habuit in hoc mundo multam poenam & humilitatem & patientiam.

5. *Quinta* figura, *Domine*, est, quando D. demonstrat ipsi I., quod C. sit una substantia divisa in tres proprietates diversas. *Sexta* quando ipsum D. demonstrat ipsi I., quod C. sit creatura creata ad amandum & laudandum suum Creatorem & ad servi-

244 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
viendum & obediendum eidem. *Sep-*
tima, quando D. demonstrat ipsi I.
bonum, quod est in C. *Octava*, quan-
do D. demonstrat ipsi I. malum cul-
pæ, quod est in ipso C.

6. *Nona* figura, *Domine*, est quan-
do I. recipit B. & D. tunc, quando
F. demonstrat ipsi I. quòd E. sit in
C.. *Decima*, quando ipsum I. recipit
B., & non vult recipere D., & prop-
terea F. demonstrat ipsi I. quòd E.
sit in C., & H. demonstrat ipsi I.
quòd G. sit in ipso C.. *Undecima* est
quando I. recipit D. & non vult re-
cipere B., & propterea F. demons-
trat ipsi I. quòd E. sit in C., & H.
demonstrat ipsi I. quòd G. sit in C.;
& *Duodecima* est quando I. non vult
recipere B. nec D., & H. significat
ipsi I. quòd G. sit in C., & F. ei
significat, quòd E. non sit in ipso
C.

7. C. *Beate Domine!* qui es princi-
pium & perfectio mearum beatitudi-
num! Quia est concordantia & con-
veni-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXI. 245
venientia inter K. & L. & inter M.
& N., & quia K. & L. contrarian-
tur ipsis M. & N., propterea nullus
homo potest benè & declaratè figu-
rare duodecim figuræ prædictas, nec
potest per eas declaratè inquirere, an
E. sit vel non sit in C. sine K. & L.
& M. & N.

8. Quia, sicut figura est pulchrè
figurata & sculpta, quando bonus ar-
tifex ei dedit omne complementum,
ita, *Domine*, duodecim figuræ sunt
pulchrè figuratæ quando K. est in L.
& N. privat M. in ipso L.; & sicut
imago quò melius est figurata & pro-
portionata, cō melius significat rem
cujus est similitudo, ita duodecim fi-
guræ, quando K. est in L., & M.
non est in ipso L., tunc melius sig-
nificant E. esse in C., & G. non esse
in ipso; sed, sicut imago malè figu-
rata & improportionata non bene sig-
nificat suam similitudinem, ita duo-
decim figuræ non dant veram signi-
ficationem de E. & G. an sint in C.,
quan-

246 B.Ray. *Lulli Lib Contēpl. Vol. III.*
quando frequenter K. & M. ponuntur in L. per N., quod in uno tempore privat K. & in alio M. in L.

9. *Gloriosè Domine!* Quando M. & N. accedunt & intrant in L. & ejiciunt ab eo K., tunc duodecim figuræ diriguntur & convertuntur ad significandum ipsi I., quod G. sit in C., & E. non sit in eo; & quando K. intrat in L., & ab ipso L. exequunt M. & N., tunc duodecim figuræ vertuntur & diriguntur ad significandum ipsi I., quod E. sit in C. & M. non sit in C., quia sicut herba quæ nominatur heliotropium, se vertit ad solem, ita duodecim figuræ se vertunt ad significandum E. vel G. ipsi I. secundum quod K. vel M. intrat in L.: Igitur qui vult cognoscere & scire artem & modum, per quem cognoscitur, an anima sit munda & purificata sine peccato, ille sciat cognoscere cum K. & L. & M. & N. demonstrationem, quam duodecim figuræ dant ipsi I. de E. & G. in C.

10. d.

10. d. *Domine magne super omnes magnitudines, Domine alte super omnes altitudines!* Prima duodecim figurarum est, quando B. demonstrat ipsi I., quod A. sit in Unitate Essentiae & Trinitate Personarum: unde dicimus, quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus omnem substantiam creatam esse unam & esse tres res, & multò melius esse ei, quod sit una & tres res, quam si esset una & non tres res, ut jam probatum est: Igitur cum hoc ita sit, per hoc B. significat ipsi I. quod A. sit una substantia & sit tres res ab invicem diversæ; quia sicut K. intrat in quamlibet substantiam creatam per hoc, quod sit una, & tres res diversæ, ita oportet, quod intret in A. quod creavit substantias & tres res, quæ sunt in qualibet earum; quoniam si K. intraret in L. creaturarum & non in L. ipsius A., M. esset in L. ipsius A., & K. esset in L. creaturarum, & si ita esset, N. esset plūs in A. quam

quām in creaturis, quod est impossibile, per quām impossibilitatem B. significat ipsi I., quod A. sit una substantia in tribus rebus.

II. *Amoroſe Domine!* Secunda figura est, quando B. demonstrat ipsi I., quod A. sit infinitum vivum æternum potens sapiens amabile ſimplex gloriosum & perfectum: Unde quando B. demonstrat ipsi I., & ipsum I. recipit id, quod B. ei significat de A., tunc I. memorat & intelligit D. demonstrare K. & M. eſſe partim in C.; & quando ipsum I. recipit à D. hanc demonstrationem, tunc memorat & intelligit A. eſſe in L. infinito vivo æterno potente amabili ſimplici glorioso perfecto; quia si L. ipsius C. continet in ſe K., licet in eo ſit M., quantò plūs oportet eſſe L. in quo non ſit M., & in quo ſit K. ſinè M.? quoniam niſi ita eſſet, ſequeretur, quod M. & N. eſſent in K. & L., & K. & L. eſſent in M. & N., quod eſt impossibile,

&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXI. 249
& per hanc impossibilitatem demonstratur, quod A. habeat omnes virtutes predictas significatas per secundam figuram.

12. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia quando I. dirigitur ad recipiendum B. & D. per K. & L. & M. & N., tunc memorat, intelligit & amat unum DEUM in Trinitate infinitum vivum æternum potentem sapientem amabilem simplicem gloriosum & perfectum; & per hanc directionem ipsius I. demonstrat F., quod E. sit in C., & H. ei demonstrat, quod G. non sit in ipso C.; sed quando I. non vult recipere B. nec D., nec se vult dirigere per K. & L. & M. & N. ad recipiendum significaciones ambarum figurarum predictarum, tunc H. demonstrat ipsi I. quod G. sit in C., & F. ei demonstrat, quod E. non sit in ipso C.; veruntamen sicut Sol demonstrat suum splendorem homini cæco, & iste eō quod sit cœcus, non potest ip-

250 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
ipsum recipere, ita I. quod non di-
rigitur per figurās, non scit cognos-
cere, an E. vel G. sit in C.

13. e. *Divine Domine, plene miseri-
cordia & gratia! Tertia figura est,*
quando B. demonstrat ipsi I., quod
A. creaverit mundum & sustineat quid-
quid est, & sit benefactor & ordi-
nator & sustentator mundi, & sit
justus & misericors & humile & pa-
tiens, & habeat omnes alias virtutes
similes istis; quia nisi ita esset, I. me-
moraret & intelligeret, quod K. ip-
sius A. esset in N., & M. esset in
A.; & si ita esset, K. & L. con-
cordarent cum M. & N. in A.; &
si hoc ita esset, foret discordantia in-
ter K. & L. & inter M. & N. in ip-
so A., quod est impossibile per ac-
tualem possibilitatem concordantiae,
quae est inter K. & L., & discor-
dantiae quam habent cum M. & N.
in similitudine & natura & proprie-
tate.

14. *Virtuose Domine! Quarta fi-
gura*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXI. 251
gura est, quando B. demonstrat ipsi
I. quòd A. recreaverit mundum per
Incarnationem quam assumpsit, & per
mortem quam sustinuit; quia si A.
non misisset Filium ad assumendum
humanam carnem & iste non fuisset
mortuus, & si sua humanitas non
sustinuisset labores, nec se humilias-
set ad paupertatem & patientiam &
ad mortem, I. non haberet cum quo
reciperet K. ab A.; & si A. non cre-
asset I. in tali dispositione, quòd pos-
set recipere id, quòd B. significat de
K., quòd est in ipso A., K. non es-
set in A. sinè M., eo quòd K. ipsi-
us A. foret in N. quòd est impos-
sibile, & per hanc impossibilitatem
B. demonstrat ipsi I., quòd Filius sit
incarnatus, ut ipsum I. posset reci-
pere magnam humilitatem & patien-
tiam, amorem misericordiam & po-
testatem quam habet A., & per hanc
receptionem conaretur ex omnibus
suis viribus valde memorare & intel-
ligere & amare A., ut eam valde o-
raret

252 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
raret & contemplaretur & laudaret
& ei serviret, quam orationem &
contemplationem, laudem & servi-
tium non posset I. facere nisi habe-
ret, cum quo reciperet id, quōd B.
demonstrat de A.

15. Unde gloria & benedictio sit
tibi, *Domine DEUS*, & omni quōd
tuum est; quia quando I. recipit ter-
tiam & quartam figuram secundūm
modum prædictum, tunc D. & F. ei
demonstrant, quōd E. sit in C., &
D. & H. ei demonstrant, quōd G.
non sit in ipso C.; sed quando I. non
recipit istas figurās, tunc D. & H.
ei demonstrant, quōd G. sit in C. &
D. & F. ei demonstrant, quōd E. non
sit in ipso C.; sed sicut hōmo, cui
alius dicit & demonstrat aliquam rem,
quam non vult audire & intelligere,
non scit illam rem, ita I., quod non
vult recipere has duas figurās, non
scit, an E. vel G. sit in C., cō quōd
plūs de M. intret in L. quam de K.;
quia K. accedit plus ad N. & rece-
dit

dit plus ab L. quam M.; & quia K. & N. appropinquant sibi invicem per introitum ipsius M. in L., propterea turbatur I., et non potest nec scit recipere ullam praedictarum figurarum.

16. f. *Director Domine adjutor tuorum servorum!* Quinta figura est quando D. demonstrat ipsi I., quod C. sit unum in tribus rebus: Unde dicimus quod corpus sit unum et sit tres res, et melius sit ei esse unum et tres res, quam esset, si esset unum et non tres res; quia, si corpus privaretur materia vel forma vel coniunctione utriusque, privaretur suo esse: Igitur cum hoc ita sit, et anima sit nobilior corpore, D. demonstrat per melioritatem, quam habet supra corpus, quod C. sit unum et sit tres res; et si hoc ita non esset, K. ipsius C. esset plus in N. quam in K. corporis; et si ita esset M. esset majus in C. quam in corpore, et K. esset majus in corpore quam in C., quod est impossibile.

17. *Gloriose Domine!* Sexta figura est,

254 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Völ. III.*
et si , quando D. demonstrat ipsi I. ,
quod C. sit creatura creata ad laudan-
dum et honorandum et amandum
cum honoratum DEUM gloriosum
et ad serviendum ei ; unde si C. non
esset creatura creata ad Te amandum
et Tibi serviendum , K. ipsius C. fo-
ret compositum cum M. ; quia K.
ipsius C. formatur in hoc , quod F.
demonstrat ipsum C. recipere E. ab
A. ; et si C. non esset creatura , nec
reciperet E. ab A. , foret K. ipsius
A. in N. , et foret M. in A. ; et si hoc
ita esset , A. foret compositum ex K.
& M. quod est impossibile , et per hanc
impossibilitatem significatur quod C.
sit creatura creata , ut det gloriam et
laudem suo Creatori.

18. Unde benedictus sis , *Domine*
DEUS , quia quando I. recipit figuram
quintam et sextam predictas , tunc B.
demonstrat quod I. recipiat demons-
trationem ; quam ei dat de A. , et D.
demonstrat , quod I. recipiat demons-
trationem quam ei dat de C. , & F.
de-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXI. 255
demonstrat, quod E. sit in C., & H. demonstrat, quod G. non sit in ipso C., & per hoc B. & D., & F. & H. significant, quod E. sit in L. ipsius C., & quod M. sit in N.; sed quando I. non vult recipere has duas figuræ, tunc B. & D. & F. & H. non recipiuntur in eo; & per hoc demonstrat F., quod E. sit in N., & M. in L. ipsius C., & per hanc demonstrationem H. demonstrat, quod G. sit in C.

19. g. *O Domine: qui illuminas oculos tui servi. Septima figura est* quando D. demonstrat ipsi I., quod C. habeat multum boni in se; quia quando I. memorando & intelligendo & amando recipit id, quod B. demonstrat de A., & memorando & intelligendo recipit id, quod D. demonstrat de M. in C., & quando recipit id quod H. demonstrat de G. in ipso C., voluntate odiente ipsum G. in C., tunc F. demonstrat magnum bonum, quod est in E.; & si per hoc quod

256 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quod I. recipiat significationes p̄æ-
dictas, E. non esset in C., B. de-
monstraret K. ipsius A. esse in N.,
& M. esse in A., & C. esse plūs in
M. & N. quām K. in C.: & hoc est
impossibile scilicet quòd M. & N. pos-
sint esse in A. & in C. dummodo
I. ipsius C. recipiat id, propter quod
C. est creatum.

20. *Virtuose Domine! Octava* fi-
gura est. quando D. demonstrat ipsi I.
multum mali & culpæ esse in C.;
quia quando D. demonstrat ipsi I. cul-
pam & peccatum ipsius C., cō quōd
I. memorando & intelligendo & a-
mando non recipiat id, quod B. de-
monstrat de A., tunc H. demons-
trat G. quod est in C.; & quando
D. significat ipsi C. per I. quod me-
morat & intelligit virtutes & vitia,
& C. non amat virtutes & amat vi-
tia, tunc F. demonstrat E. non esse
in C., & H. demonstrat G. esse in
ipso C.; & si hoc non esset ita &
esset oppositum, E. esset G., & G.
esset

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCCLXI. 257
esset E. in C.; & si ita esset, L. es-
set melius per M. quám per K., &
N. & K. assimilarentur plús quám M.
& N., & B. non posset demonstra-
re K. in A., & demonstraret M. in
ipso A., quód est impossibile.

21. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia quando I. recipit figu-
ras septimam & octavam prædictas &
amat bonum, quòd est in C., & o-
dit G. & memorat & cognoscit bo-
num & malum ipsius C., & per hoc
memorat, cognoscit & amat K. quod
est in A., tunc F. ei demonstrat
quòd E. sit in C., & H. ei demon-
strat, quòd G. non sit in ipso C.;
sed quando I. non vult recipere is-
tas figuræ, & tractat de aliis rebus,
á quibus impeditur in recipiendo B.
& D. & F. & H., tunc D. demon-
strat, quòd E. non sit in C., & H.
demonstrat, quòd G. sit in ipso C.;
& propterea sunt homines peccato-
res & non habent cognitionem nec
faciunt differentiam inter malum &

R

bo-

258 B. Ray. Lulli. Lib. Contempl. Vol. III.
bonum; & quando putant memorare.
re & amare bonum, memorant &
amant malum, & quando putant o-
dire & intelligere malum, ignorant
& odiunt bonum.

22. K. *DEUS amate honorate glorio-
se!* *Nona* figura est, quando I. reci-
pit B. & D., & F. ei significat, quòd
E. sit in C.: unde per hoc, *Domine*,
I. memorat & intelligit & amat A.
& bonum quod est in C.; & me-
morat & intelligit & odit malum,
quod est in ipso C.; quia si E. non
esset in C., quando I. memorando
& intelligendo & amando recipit B.,
K. esset in N., & M. in L.; & si
hoc ita esset, impossibile esset, quòd
I. memoraret & intelligeret & ama-
ret A. & odiret peccata & amaret
virtutes; &, si hoc esset impossi-
ble, esset impossibile, quod K. esset
in L., & esset possibile, quòd A.
esset in N., quod est de majoribus
impossibilitatibus, quæ esse possint.

23. *Decima* figura est, *Domine*,
quan-

quando I. recipit B. & non vult recipere D.: Unde per hoc F. demonstrat ipsi I., quod E. sit in C., & H. demonstrat eidem, quod G. sit in ipso C.: Igitur quando haec figura est ita formata in I., tunc omnes quatuor significaciones sunt intermixtae, & propterea intrant in C. partim K. & M. & N.; & I. subiectum his tribus rebus est turbatum & perplexum & impeditum in distinguendo inter bonum & malum, & non scit per B. cognoscere C., nec per D. cognoscere A.; & ideo non scit, an sic in E. vel in C.

24. *Unde gloria & benedictio sit tibi, Domine DEUS, & omni quod a Te est.* Quia bonum quod intrat in C., in illud intrat per K., quod formatur in L. ipsius C., quando I. recipit B.; & malum quod intrat in C., intrat in illud per hoc, quod M. formatur in L. ipsius C., quando I. non vult recipere D.: Igitur cum hoc ita sit, sicut corpus hominis ha-

260 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
habet infirmitatem & passionem sensualiter per mixtionem bonorum humorum cum malis, ita I. est turbatum per hoc quod non recipiat B. & D. simul, ut unum possit amare & memorare & intelligere per aliud; & sicut boni humores sustinent corpus, ne mali possint totaliter ipsum inclinare ad mortem, ita id, quod I. recipit à B. sustinet C. ne omnino se vertat ad culpam & peccatum, licet ipsum I. non recipiat D., scilicet secundum allegoriam significations creaturarum.

25. i. *Æterne Domine amore plene gloria & Amore! Undecima* figura est quando I. non vult recipere B. & recipit D.: Unde tunc F. demonstrat ipsi I., quod E. sit in C., & H. ei demonstrat, quod G. sit in ipso C.; & quando hæc figura est isto modo figurata, tunc miscentur omnes quatuor significations in I., quædam per L. ipsius C. & aliæ per K. in N,: & est multò major turbatio in hac figura quam in decima,
eo

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXI. 261
eò quòd K. sit plùs in N. in hac figura
quàm in decima, & M. similiter sit plus
in I. ; nam quia A. valet plus quàm
C. , plús deficit I. , quando non recipit
B. , quàm quando non recipit D. ; &
propterea plús turbatur in hac figura
quàm in decima.

26. *Sanctificate Domine ! Duodeci-
ma* figura est, quando I. non vult reci-
pere B. nec D. : unde per hoc H. de-
monstrat ipsi I. , quòd G. sit in C., &
F. ei demonstrat, quod E. non sit in ipso
C.; et quando hæc figura est ita figura-
ta in I., tunc privatur K. in L. ipsius
C., & M. totaliter intrat in ipsum L., &
tunc C. est in via infima, & cùt totum
in G. , & nullatenus in E. ; quia sicut
C. est in via media, quando I. recipie
B. & non D. , vel D. & non B. , & ei
in via suprema, quando I. recipit B.
& D. , ita totaliter est in via infima
quando I. non recipit B. nec D.

27. Unde benedictus sis , *Domine DEUS*, quia sicut I. est melior crea-
tura , quæ sit , quando recipit B. & D. ,
ita

262 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ita est pejor omni alia creatura, quando non vult recipere B. nec D. ; quoniam sicut humana species continet plures creaturas diversas, quām ulla alia species , ita homo , qui non recipit tuas significaciones , nec significations creaturarum , continet in se plus culpx & peccati & vilitatis, quām ulla alia creatura : Igitur cùm hoc ita sit G. per duodecimam figuram extenditur & magnificatur plus in C. ,quām per ullam aliam , & in ea plus delectur & priuatur E- per hanc figuram quam per ullam aliam.

28. *Cælestis Domine gratiose , digne omnibus benedictionibus !* Quia nos figuravimus & demonstravimus duodecimi figuras , & demonstratio earum fit per quatuor figuras , sicut demonstratio materiæ fit per formam ; propterea qui vult intrare in hanc inquisitionem necessariō oportet, quòd quatuor figuris inquirat duodecim, ut per ipsas possit intelligere & scire , an E. vel G. sit in C. , vcl an plus de E. vel de

de G. sit in eo, vel an solum E. sit in ipso C., quin in eo sit G. vel an in eo sit C. sive E.

29. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut quatuor elementa sufficiunt in materia ad generandum **omnia corpora elementata secundum cursum naturalem**, ita quatuor figuræ prædictæ, quando ordinatè ducuntur per duodecim figuræ, sufficiunt ad essendum ars & demonstratio omnis culpæ & virtutis, quæ sit in C. dummodo ipsum C. sciat mutare I. de una expositione in aliam quatuor expositionum, scilicet historicæ & moralis & allegoricæ & anagogiæ; sed sicut cursus naturalis & generatio naturalis non possunt sufficere ad formandum figuræ artificiales, ita quatuor figuræ prædictæ non possunt sufficere ad significandum per duodecim figuræ E. & G. in C. omnibus modis quibus E. & G. possunt formari in ipso C., nisi I. sciat figurare in C. per quatuor expositiones prædictas.

30. Igi-

30 Igitur cùm hoc ita sit , *Domine DEUS* , quis posset estimare meliorem artem inquirendi E. vel G. in C. quam sit ista ? Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia per modum prædictum potest quilibet homo sive sit Religiosus sive sit Laicus sive in quocumque modo & regula & extra regulam sit percipere & cognoscere an E. vel G. sit in C. , dummodo sciat habere cognitionem de A. & B. & C. & D. & E. & F. & G. & H. & I. & K. L. & M. & N. historicè & moraliter & allegoricè & anagogicè & in hac inquisitione habeat bonam intentionem , & incedat per primum motum , & habeat adiutorium , gratiam & benedictionem sui honorati gloriofi DEI .

CA-

CAPUT CCCLXII.

*Quomodo homo orando & contemplando
nostrum Dominum DEUM recipiat ar-
tem & modum per quem cognoscat in
disputatione, an pars affirmativa
vel negativa sit
vera*

i. a. **O** *DEUS fortis inalterabilis perdu-
rabilis omni tempore!* Cùm dis-
putatio formetur & componatur ex
affirmatione & negatione , qui vult
in ea cognoscere & scire , an affirma-
tio vel negatio sit vera vel falsa , ne-
cessariò oportet , *Domine* , quòd sci-
at formare figuræ sensuales , per quas
sciat elevare suum intellectum ad for-
mas intellectuales , per quas habet ho-
mo cognitionem de veritate & falsi-
tate in disputatione : Igitur ad hunc
finem ponimus & dicimus , quòd sit .

A. Veritas.

B. Significatio ipsius A.

C.

C. Affirmatio.

D. Significatio ipsius C.

E. Negatio.

F. Significatio ipsius E.

G. Memoria & Intellectus et Voluntas.

H. Significatio ipsius G.

2. *Amoroſe Domine!* postquam homo figuraverit has octo figuras, oportet, quod ex eis figuret tres figuras, quarum *prima* est quando affirmacionem intelligimus esse in veritate, *secunda* quando negationem intelligimus esse in veritate, & *tertia* quando veritatem intelligimus esse in affirmatione & in negatione; quia sicut natura de contrariis & diversis figuris format unam vel plures, ita in disputatione, quando unus affirmat & aliis negat, formantur ex octo figuris tres praedictæ per quas habet homo cognitionem de vera affirmatione vel negatione vel de veritate, quæ est in affirmatione & negatione.

3. Unde, cùm affirmatio & negatio

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 267
tio sint res contrariæ , *Domine* , qui
vult inquirere & scire , quænam earum
sit in se melior & virtuosior , oportet ,
quòd inquirat in significationibus ,
quas tuæ Qualitates dant de tua glo-
riosa Essentia , & in significationibus
quas creaturæ dant de ipsa , quænam
trium figurarum habeat melioritatem
vel deterioritatem super aliam ; quia illa
figura , in qua homo melius recipit sig-
nificationes tuarum Qualitatum & crea-
turarum ad demonstrandum perfectio-
nem tuæ gloriosæ Essentiæ , est melior
quàm alia figura , quæ non est tam dis-
posita ad recipiendum dicta significata ;
& illa figura est deterior , quæ plus
impedit humanum intellectum in re-
cipiendo significationes significantes
tuam divinam Essentiam & tua glori-
sa Opera .

4. b. *Liberalis Domine , fortis , virtu-
ose ! qui es nostra restauratio . Prima
figura est , quando B. & D. significant
& demonstrat ipsis G. , quòd A. sit in
C. & non in E. ; quia quando unus
ho-*

268 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
homo affirmat, quod Tu sis in esse
& alius hoc negat, tunc B. & D. sig-
nificant ipsi G. esse A. in C.; & F.
cidem significat A. esse in E.; & quan-
do G. recipit B. & D., tunc recipit
plures significations & demonstrati-
ones, quam quando recipit F. & non
B.; & per hoc H. demonstrat & signi-
ficat ipsi G., quod A. sit in C. &
non in E.

S. Nam si A., *Domine*, esset
in E. & non in C., quando unus ho-
mo affirmat Te esse in esse, & ali-
us hoc negat, H. demonstraret ipsi
G. plus perfectionis esse in privati-
one quam in esse, & plus defectus esse
in esse quam in privatione; & quia
esse & perfectio conveniunt & con-
cordant, & defectus & privatio etiam
conveniunt & concordant contra
perfectionem & esse; propterea quan-
do G. recipit quamlibet praedictarum
significationum, & intelligit diversi-
tatem & contrarietatem, quae sunt in-
ter esse & privationem & inter per-
fectio-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 169
fectionem et defectum, tunc intelligit
A. esse in C. & non in E.

6. *Virtuose Domine!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
vas vacuum non posse implerire, quæ
nihil sit; quia nihil non habet proprie-
tatem nec naturam implendi & per-
ficiendi, eó quod, si eam haberet;
oportet, quod esset aliquid: Igitur
cum hoc ita sit, quando G. recipit F.
& negat Te esse in *esse* & non vult
recipere D., & affirmare Te esse in *esse*,
tunc H. ei significat, quod non pos-
sit ita benè compleri nec possit ha-
bere adeò magnum & perfectum me-
morare & intelligere & velle per E.
sicut per C.: Igitur cum memorare
& intelligere & velle sint adeò nobi-
les res, & sinè his tribus virtutibus
homo nihil valeret, & G. nihil va-
leat, nec ullum bonum contineat in
se, quando recipit F. & non D. in
comparatione nobilitatis & valoris &
perfectionis quam habet in se quando
recipit D., per hoc B. & H. demons-
trant

270 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
trant ipsi G., quòd A. sit in C. & non
in E.; quia si esset in E., & non in
C., sequeretur G. esse melius, si Tu
non es in esse quām si es in esse,
quód est impossibile.

7. c. *Misericors Domine, plene misericordia & gratia!* Quando in dispu-
tatione C. dicit & affirmat, non esse
nisi unum DEUM, & E. negat & affir-
mat, esse plures Deos, tunc H. signi-
ficat ipsi G., quódnam valeat plus
scilicet an C. vel an E.; & quando
G. recipit D. & F., tunc B. ei demons-
trat, quòd A. sit in C. & non in E.
& hanc demonstrationem ei dat per
melioritatem quam ipsum G. cognos-
cit in C. super E.; quia quando C.
dicit ipsi G., quod memoret & intel-
ligat & amet unum DEUM tantum,
tunc ei dicit, quod memoret & intel-
ligat & amet infinitatem æternitatem
& perfectionem; & quando E. dicit
ipsi G., quod memoret & intelligat &
amet plures Deos, tunc ei dicit, quod
non memoret nec intelligat nec amet
inf-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 271
infinitatem nec eternitatem nec perfectionem; quia si essent multi Dii nulla istarum qualitatum posset esse in ullo eorum, & sine ipsis qualitatibus est impossibile ullum eorum esse in esse.

8. Igitur cum hoc ita sit, *Domine*, quando C. affirmat unum DEUM & E. ipsum negat, tunc B. & D. & omnes significationes tuarum Virtutum & creaturarum se demonstrant in H. ut significet ipsi G., quod A sit in C.; & in significationibus quas F. dat ipsi G. de A., quod sit in E., non concordat B. nec D. nec ulla significatio tuarum Virtutum nec ulla vera significatio ullius creaturæ; & propterea H. est plus paratum & directum ad recipiendum significationes, quæ demonstrant A. esse in C. quam significaciones, quæ falso significant A. esse in E.; sed, quia G. multoties invertitur & pervertitur per opera peccati, propterea citius & facilius recipit falsas significationes inversas

272 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
fas & perversas contra veritatem
quæ sunt ei similes in falsitate, quām
veras significaciones, quæ sequuntur
finalem rationem propter quam sunt
creatæ; & propterea G. multoties
affirmat A. esse in E. & non in C.

9. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia, sicut duo vel tres vel
plures homines sunt fortes in bello
contra unum debilem & vitiosum,
ita B. & D. & significaciones tuarum
Virtutum & veræ significaciones crea-
turarum sunt fortes contra falsas signi-
ficaciones, quas dant F. & H., quæ per
inordinatas significaciones significant
ipsi G., quod A. sit in E. & non in C.,
quando G. affirmit unum DEUM, & E.
ipsum negat: Igitur, quia secundum
modum prædictum G. recipit prædic-
tas res, propterea G. tui servi recipit ve-
ras significaciones, quæ sunt meliores
& maiores & plures, ut possit amare &
memorare & intelligere unum solum
DEUM infinitum æternum & perfec-
tum in omnibus perfectionibus.

10. d.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 273
io. d. *Glorioso Domine plene pietate & misericordia.* Intellectualiter intel-
ligimus, quod, quando C. affirmat
in Te Trinitatem, & E. eam negat,
tunc B. significet ipse G. quod A. sit
in C. & non in E., quia D. & H. mul-
tò melius concordant ad demonstran-
dum nobilitatem ipsius G., quando
C. intrat in illud, quam quando
E. intrat in idem G.; quoniam H.
significat multo meliores esse sive om-
ni comparatione memoriam quae me-
morat & intellectum qui intelligit &
voluntatem quae amat tuam sanctam
Trinitatem virtuosam, quam memo-
riam, quae obliticitur & intellectum
qui ignorat & voluntatem quae non
amat tuam sanctam & perfectam Tri-
nitatem.

ii. *Amoroſe Domine!* Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelligimus
multò virtuosiores esse memoriam &
intellectum & voluntatem in anima
per hoc, quod sint diversæ in propri-
etate, quam si non essent diversæ in

S

pro-

274 R. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
proprietate; & multò virtuosiores esse
per hoc, quod omnes tres sint conjun-
tæ in esse unius simplicis substantiæ
quam essent, si qualibet per se esset
substantia sine aliis: Igitur cum hoc
ita sit, H. significat, quod melius sit
G. per hoc, quod se memoret & in-
telligat & amet in una substantia unita
de tribus proprietatibus diversis, quam
si se memoraret & intelligeret & ama-
ret unam substantiam sine diversitate
proprietatum, vel essent diversæ pro-
prietates sine unione substantiæ: Igi-
tur cum H. hoc significet de G.,
B. demonstrat ipsis G., quod A. sit
in C., & D. ei significat, quod C.
valeat plus quam E.; quia si H. sig-
nificant G. melius, quando se memo-
rat & intelligit & amat unum & tres
res: quantò plus ipsum H. significat
G. melius, quando memorat & intel-
ligit & amat unam substantiam & tres
personas in Creatore omnium rerum?
& maximè cum G. sit melius per me-
morare & intelligere & amare virtu-
tēm

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 275
tem Unitatis & Trinitatis, quām si
memoraret & intelligeret & amaret
solam Unitatem.

12. *Virtuose Domine!* intellectua-
liter intelligimus, quod quotiescum-
que anima memoret & intelligat &
amat rem sibi similem, habeat suum
G. magis paratum ad memorandum &
intelligendum & amandum illam rem,
quām quando memorat & intelligit &
amat rem sibi dissimilem & discon-
venientem; & quod hoc ita sit proba-
tur in hoc quod unus Angelus habeat
majorem memoriam & intelligentiam
& voluntatem erga aliū & una ani-
ma erga aliam, quām homo oblivis-
cens & ignorans & non amans suam
similitudinem, & memorans & intel-
ligens & amans rem sibi dissimilem
& disconvenientem: Igitur cum hoc
ita sit, per hoc H. demonstrat, quod
G. sit melius quando memorat & in-
telligit & amat rem sibi similem, quām
quando memorat & intelligit & amat
rem sibi dissimilem: Igitur si A. esset

276 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
in E., sequeretur, quod G. esset plus
paratum ad melius memorandum &
intelligendum & amandum rem sibi
dissimilem, quam rem sibi similem;
& si ita esset, H. significaret, quod G.
eo minus valeret, quo plus memoraret
& intelligereret & amaret id, quod non
est ei simile, quod est impossibile;
quia si esset possibile, anima disama-
ret illum, qui eam memoraret & in-
telligeret & amaret, & memorando &
intelligendo & amando se ipsam, dis-
amaret se ipsam, quod est Impos-
sibile.

13. e. *Mirabilis Domine super omnia*
mirabilia! Intellectualiter intelligimus,
quod, quando C. affirmat Te esse
Creatorem omnium rerum & E. negat
Creatorem, tunc D. & F. contendunt
super A. & propterea B. demonstrat
ipsi G. quomodo H. recipiendo B.
significet ipsum G. esse melius quando
recipit D., quam quando renuit illud
recipere, & recipit F., quia quanto
unus homo verax valet plus quam
unus

unus mendax , tantò G. valet plus,
quando recipit D. quam quando reci-
pit F. & discredit D. : Igitur cum hoc
ita sit , qui vult cognoscere & scire
an A. sit in C. vel in E. , sciat cognos-
cere an B. & H. convenientius melius
cum D. vel cum F.

14. Nam quando G. , *Domine* ,
recipit D. , tunc H. demonstrat , quod
G. memoret & intelligat & amet
Creatorem , & quando G. non vult
recipere D. & recipit F. , tunc H.
demonstrat , quod G. non memoret
nec intelligat nec amet adeò nobis
liter sicut quando recipiebat D. : Igi-
tur cum hoc ita sit , H. significat ,
quod G. habeat complementum in
C. & defectum in E. , Igitur si A. esset
in E. & non in C. , G. haberet eò
minorem virtutem , quod majus & me-
lius esset suum memorare & intelli-
gere & amare , & haberet eò majo-
rem virtutem & valorem , quod minus
memoraret & intelligeret & amaret ;
& si ita esset , sequeretur , quod irra-
tio.

278. B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tionalia essent nobiliora rationalibus
& vegetabilia irrationalibus, quod
est impossibile.

Igitur cum verum sit, Domine, quod tres virtutes animae sint
meliores per D. quam per F., propterea B. & H. melius convenient in
D. quam in F., & per hanc convenientiam & concordantiam intrat A.
in C.; & non oportet, quod intret
in E.; quia sicut non potest intrare
nec capi in humana intelligentia, quod
vegetabilia habeant nobiliorem virtu-
tem quam animalia irrationalia, &
irrationalia quam rationalia, ita non
potest intrare nec capi in humano
intellectu, quod anima possit habere
ad eo nobilem memoriam & intelli-
gentiam & voluntatem per E. sicut
per C.? Igitur cum hoc ita sit per-
versi discredentes Creatorem quomo-
do possunt habere ad eo magnum de-
fectum, quod putent habere melio-
rem animam per E. quam per C.?&
& quare non amant plus C. quam E.

cò quòd E. auferat omnem beatitudinem & det omnia mala , & C. nullum malum det , & det omnia bona ?

16. f. *Juste Domine perfecte complete in omnibus bonis !* Quando C. affirmit peccatum Adæ esse generale, tunc E. negat ipsum esse generale : Igitur sicut duo homines attrahentes unum hominem trahunt ipsum unus ad unam partem, & alius ad opositam ita D. & F. attrahunt B. quia D. illud attrahit ad C. , & F. illud attrahit ad E. : Igitur sicut homo , qui est in medio , vadit cum illo , cui consentit ita B. vadit cum D. , ut A. sit in C. , & non in E.; & per hoc demonstrat H. quòd G. memoret & intelligat & amet plùs & clariùs tuas glorioas virtutes, quàm si A. esset in E. : quia si A. esset in E. , G. non posset memorare nec intelligere nec amare tantam tuam Justitiam , nec Misericordiam , nec amorem , nec potestanteri nec Sapientiam , nec Humilitatem,

280 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tem , quantam eam memorat & intel-
ligit & Amat per hoc quòd A. sit in
C.: Igitur cùm hoc ita sit , D. demons-
trat ipsi G. , quòd C. valeat plus
quàm E., & F. non habet , cum quò
vère significet , quòd E. valeat plus
quàm C.

17. Nam quando F. demonstrat,
Domine , ipsi G. , quòd A. sit in E.,
tunc ei significat , quòd obliviscatur
& ignoret & non amet tuam Jus-
titiam & tuam Misericordiam & om-
nes alias tuas Virtutes, sed quòd me-
moret & intelligat & amet in Te vi-
tia & culpas & injurias ; quia si A.
esset in E. , sequeretur , quòd pœ-
na & corruptio quæ sunt in homi-
ne per famem & sitim & calorem &
frigus & infirmitatem & mortem &
per ignorantiam , essent in eo sinè
causa & ratione ; & si ita esset , se-
queretur , quòd A. non esset in Te,
nec ulla Virtus haberet in Te perfec-
tionem , quod est impossibile ; per
quam impossibilitatem D. significat
ipsi

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 281
ipsi G., quòd C. valeat plus quam E.

18. *Cælestis Domine!* Quando C. affirmat, quòd homo possit dirigere mundum, & reducere ad sanctam Fidem Romanam existentes in errore, tunc E. negat id, quod C. affirmat: & propterea D. & F. contendunt super A., & tunc H. significat ipsi G., quòd memoret & intelligat formam inordinationis mundi fuisse potentia-
liter in Adamo antequam peccaret; quia aliter non potuisset venire ad actualitatem; & per hoc quòd sen-
sualiter sentiamus & intellectu-
aliter intelligamus ipsam esse in actu, in-
telligimus eam fuisse in potentia, an-
tequam Adam peccaret; per quam
formam potentialem significatur for-
mam ordinationis mundi fuisse po-
tentia-
liter ante actualern formam cor-
ruptionis ipsius mundi; quia aliter
potentialis forma inordinationis pos-
set melius stare in creatura quam po-
tentialis forma directionis; & imposs-

282 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
sibile est quòd in creatura potentia-
liter possit stare forma destructionis
& non reparationis & ordinationis:
Unde benedictus sis , Domine , quia
sicut forma actualis errorum & hære-
sum stat in Infidelibus , ita forma di-
rectionis eorum stat potentialiter in
ipsis , si esset , qui hanc formam vel-
let & sciret & posset adducere in
actum ; quæ scientia & potestas stat
in sancto Patre Apostolico & in Car-
dinalibus & in Prælatis & Principibus
sanctæ Ecclesiæ , & venit de poten-
tia in actum , quando voluntas ip-
sorum in amando actualitatem ipsius
formæ est tanta quanta est potestas
& sapientia.

19. g. *Perdurabilis Domine sìne fine*
& sìne principio! Quando C. affirmat,
quòd Tu recreaveris mundum per tu-
am Incarnationem & Passionem glo-
riosam , tunc E. negat id , quod C.
affirmat ; & propterea D. & F. con-
tendunt super A. ; & quando H. re-
cipit D. & F. & aspicit an G. vale-
ret

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLVII. 28;
ret plūs si A. esset in C. vel si esset
in E., tunc G. memorat & intelli-
git suum memorare & suum intel-
ligere & suum velle virtuosiora quan-
do se inclinat ad D. quàm quando
se inclinat ad F., eò quòd C. me-
liùs demonstrat perfectionem tuarum
Virtutum quàm E., & per hoc H.
demonstrat ipsi G. melius esse C.
quàm E., eo quòd D. multò melius
sine omni comparatione convaniat &
concordet cum B., quám B. cuim
F.

20. Nām quando G. , *Domine*,
affirmat id , quod D. demonstrat de
C. , & negat id quod F. demonstrat
de E., tunc G. memorat & intelli-
git & amat Creatorem & Recreato-
rem; & quando G. affirmat id, quod
F. negat de C., tunc G. non memo-
rat nec intelligit nec amat Recrea-
torem: Igitur cùm G. quod memo-
rat & intelligit & amat Creatorem
& Recreatorem , habeat virtuosius
memorare & intelligere & velle quám
G.,

284 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
G., quod tantum memorat & intel-
ligit & amat Creatorem, eo quod
per recreationem ipsum G. habeat
meliorem demonstrationem de per-
fectione Virtutum Creatoris, per hoc
significat H. multo melius esse G. in
quod intrat C., quam G., in quod
intrat E., & multo plus roborari ad
memorandum & intelligendum & a-
mandum A. & honorationem sui
Creatoris & sui Recreatoris, & se
fentire plus obligatum & subditum
ad honorandum & laudandum ip-
sum.

21. Unde benedictus sis, Domi-
ne DEUS, quia in quantum D. obli-
gat & nobilitat G. per C., quando
B. demonstrat A. esse in C. in tan-
tum F. absolvit G. ne sit subditum
ipsi A. significato per B. in C.: &
per hoc demonstrat H. ipsi G., quod
C. valeat plus quam E.; quoniam
per D. formatur virtuosius memo-
rare & intelligere & velle, quam per
E; quia si G. valeret plus per F. quam
per

per D., H. demonstraret, quod G.
eo plus valeret, quo vilius & fragi-
lius & minus esset suum memorare
& intelligere & velle, & eo minus
valeret quo mejus & malius esset su-
um memorare & intelligere & velle;
& impossibile est, quod anima sit eo
melior quo minores sunt suæ opera-
tiones, & cùd deterior quo nobilio-
res et meliores ipsæ sunt.

22. h. *Consolator Domine tuorum a-*
matorum! Intellectualiter intelligimus,
quod, quando C. affirmat Resurrec-
tionem, & E. negat ipsam, tunc D.
& F. contendunt super A.; & prop-
terea B. demonstrat A. ipse G., &
D. recipit B. cum veris significatio-
nibus, & F. falso subterfugit id, quod
B. significat, & fictè & sophisticè de-
monstrat, quod A. sit in E.; & quia
H. est plus paratum ad recipiendum
id, quod B. verè significat de A., &
id quod D. recipit à B., quam F. ad
transfigurandum veram significatio-
nem in falsam, propterea adjuvatur
D.

286 B. Ray. Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.
D. plús per B. & H. quàm F.

23. Nam sicut fides, spes, charitas, justitia, sapientia, fortitudo & temperantia se invicem adjuvant contra vitia & tentationes, ita , *Domine*, B. & H. adjuvant D., quando demonstrat A. esse in C. , & B. non adjuvat F. , quod demonstrat A. esse in E. negante resurrectionem ; quia si B. adjuvaret F. ad negandum resurrectionem , sequeretur , quòd B. non esset significatio ipsius A. , vel quòd A. simul esset veritas & falsitas, quod est impossibile: unde benedictus sis , *Domine DEUS*, quia sicut fides adjuvat sapientiam , quando G. non potest memorare & intelligere articulos , quos vult memorare & intelligere tunc , quando fides formatur ex memorare & velle: & sicut sapientia adjuvat fidem , quando G. memorat & intelligit per rationem, quæ formatur ex memorare & intelligere , ita quando D. & F. contendunt super resurrectione , an sit vera

vel

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 287
vel falsa, B. & H. se adjuvant cum
D. contra E., & sunt contra F.

24. Sed quando evenit, *Domine*,
quod F. vincat & superet D., tunc
victoria est in falsa imaginatione &
opinione quam habet G., quod re-
cipit falsam significationem & non
vult recipere veram: Igitur qui vult
sibi cavere ab hac deceptione, sciat
se juvare cum septem virtutibus præ-
dictis, quæ adjuvant se invicem, quan-
do H. dirigitur ad memorandum &
intelligendum melius G. quando A.
intrat in C. quod affirmit resurrec-
tionem, quam quando intrat in E.
quod negat ipsam; quia sicut ima-
ginatione est melior, quando imagina-
tur aliquam veram figuram, quam
quando imaginatur chimæram, quæ
est vana figura, ita G. est multò me-
lius quando C. intrat in illud cum
A. quam quando E. intrat in illud
sine A.

25. i. *Divine Domine, plene misericordia & gratia! Secunda figura est,*
quan-

288 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quando B. & F. demonstrant ipsi G.
quòd A. sit in E. & non in C.: unde
sicut probavimus, quòd in rebus præ-
dictis sit melius C. quàm E., ita in
aliis rebus est melius E. quàm C.;
quia si C. affirmat, quòd inordinate
comedere & bibere & cohabitare cum
fœmininis sit virtus, & E. hoc negat,
eo quòd sit res prohibita, F. signi-
ficat melius E. quam D. significet C.,
cò quòd B. melius conveniat ad de-
monstrandum A. cum F. quàm cum
D., per quam meliorem convenien-
tiā H. demonstrat melius G. in quod
intrat E. cum A., quàm G. in quod
intrat C. sinè A.; quia sicut negatio
est melior per A., ita affirmatio est
pejor per privationem ipsius A.; quo-
niam sicut forma non potest esse sinè
subiecto, ita C. & E. non possunt
habere ullum bonum sinè A.

26. *Humilis Domine!* Sicut per ve-
ritatem E. vincit C. quando C. af-
firmat falsitatem & E. eam negat af-
firmando veritatē, ita & adhuc
mul-

multò melius sìne omni comparatione. E., quod negat Te esse malum, & esse mortalem vel Te habere ullum defectum, est multò inclius, & habet plus de A. in se quam C., quod affirmat Te esse bonum & perfectum & immortalem; quia in eo, quod C. affirmat, non affirmat tantum, quantum est bonum & perfectio, quæ est in Te; & E. in eo, quod negat modo prædicto, est totaliter verum, quoniam in quantum dicit Te non esset in defectu, in tantum est tuum esse sìne ullo defectu: veruntamen quia Tu, Domine, es infinitè & aeternali-
ter sìne defectu, propterea sequitur, quod E. non possit tantum negare in Te defectum quantum B. significat perfectionem tuarum Virtutum.

27. Unde benedictus sis, *Domine*, *DEUS*, quia quando E. negat homines in Paradiſo comedere & bibere & cohabitare cum fœminis, & C. q. affirmat id, quod E. negat, tunc E. & D. contendunt super A.; & quan-

T

do

290 B. Ray. Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.
do H. vult recipere D. & F. & B.,
tunc significat ipsi G., quòd habeat
memorare & intelligere & velle me-
liora per E. quàm per C.; quia si C.
esset melius quàm E., A. c̄sset in C.
& non in E.; & si ita esset, sequere-
tur, quòd in gloria Paradisi non es-
set A., quòd est impossibile, quo-
niam si esset possibile, sequeretur,
quòd A. plús esset in creaturis quám
in Creatore, cò quòd gloria Paradisi
foret sinè perfecto A.

28. k. *Amabilis Domine, digne omni- reverentia & honore! Tertia figura est quando B. & D. & F. significant ipsi G., quòd A. sit in C. & E., quando A. æqualiter intrat in C. & in E; quia quando C. per tuam Sapientiam affirmat prædestinationem, & E. per tuam Justitiam eam negat, tunc B. demonstrat ipsi G., quòd A. sit in C, & in E., & hoc est, quia C. affirmat per hoc quòd B. & D. concordent ad dandum significaciones demonstrantes tuam Sapientiam, & B. & F. concor- dent*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 298
dent ad dandum significaciones de-
monstrantes tuam Justitiam.

29. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia quando C. affimat prædestinationem, tunc H. significat, quod G. perfectè memoret & intelligat & amet tuam Sapientiam , quæ scit & scivit antequam inundus esset id, quod futurum est ; eò quod nisi hoc sciret, non esset perfecta ; & quando E. ne-
gat prædestinationem , tunc H. signi-
ficat , quod G. memoret & intelli-
gat & amet tuam Justitiam ; quia si
prædestinatio esset in forma in qua
errantes cam figurant , sequeretur,
quod nullus homo haberet liberam
voluntatem de ulla re quam faceret,
nec meritum , nec Tu es perfec-
tè potens nec sapiens nec amator in-
dando salvationem & damnationem :
Igitur cùm tua Justitia sit ita perfec-
ta sicut tua Sapientia , propterea o-
portet , quod , qui vult tractare de
prædestinatione sapienter & ordinatè
& verè tractet in tertia figura , quo-

mo-

29. *B. Bay. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
modo A. sit in C. & in E., quando
H. significat, & G. recipit simul di-
versas significationes de tua Sapientia
& de tua Justitia, per quam diver-
situdinem significationum significatur tua
sancta Trinitas gloriosa.

30. Si A., *Dominic*, esset plūs in
C. quām in E., vel in E. quām in
C., quando C. affirmat & E. negat
prædestinationem, sequeretur, quod
Sapientia haberet in Te maiorem dig-
nitatem & virtutem quam justitia, vel
justitia quam sapientia, & quia est im-
possibile ullam tuarum Virtutum ha-
beret maiorem perfectionem quam a-
liam, proptereá B. demonstrat, quod
Ae sit tanta sapientia in C. quanta in
E., et tanta in E. quanta in C., quo-
niam C. affirmat prædestinationem per
tuam Sapientiam, et E. eam negat per
tuam Justitiam: Unde benedictus sis,
„*Domine DEUS*, quia sicut iste *Liber*
„*Contemplationis* est fons et minera
„et directio multiplicationis devo-
sionis et veritatis ad Te honoran-
„dum

„ dum et laudandum et amandum et
„ cognoscendum et ad Tibi obedien-
„ dum et serviendum , ita iste passus
et ista tertia figura est fons et minera
et directio per quam homo se scit di-
rigere ad loquendum et tractandum
de prædestinatione , et scit sibi caverre
à deceptionibus quas prædestinatione fa-
cit humano intellectui , quando reci-
pit D. sine F. vel F. sine D. , quin G.
memoret et intelligat simul significa-
tiones Sapientiæ et Justitiæ et aliarum
Virtutum sui gloriosi DEI.

CAPUT CCCLXIII.

*Quomodo homo orando & contemplan-
do nostrum Dominum DEUM sciat ha-
bere artem & modum cognoscendi, quo-
modo intellectus in conclusione re-
cipiat figuram rectam vel
obliquam.*

i. a. **O** DEUS Creator , juste vere ho-
norate gloriose Domine! Qui
vult

294 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
vult inquirere et invenire, an in dis-
putatione conclusio formetur in in-
tellectu rectâ vel obliquâ figurâ, opor-
tet, quòd sciat formare figurâs sen-
suales, per quas ascendat ad intellec-
tuales, quibus habet homo cogni-
tionem de veritate vel falsitate con-
clusionis: Igitur, quia nos, *Domine*,
proponimus intrare in hanc inquisi-
tionem, propterea affirmamus, po-
nimus et dicimus, quòd sit:

A. DEUS.

B. Significatio ipsius A.

C. Conclusio.

D. Significatio ipsius C.

E. Directio.

F. Significatio ipsius E.

G. Deviatio.

H. Significatio ipsius G.

I. Intellectus.

K. Significatio ipsius I.

L. Perfectio Potestas.

M. Perfecta Sapientia

N. Perfecta Voluntas.

O. Perfecta Veritas.

P.

P. Perfecta Justitia.

Q. Perfecta Misericordia.

R. Perfecta Humilitas.

S. Perfecta Patientia.

T. Perfecta Bonitas.

b. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia postquam homo figura-
verit figuræ, quæ sunt ab A. usque
ad L., oportet, quod cum his decem
figuret novem figuræ, quæ sunt à k.
usque ad T.; et sicut in Logica ho-
mo habet artem et modum cognos-
cendi, quænam conclusio sit vera vel
falsa, ita nos per tuam gratiam et
per tuum adjutorium figuramus quar-
tam figuram Theologicam, et eam
superaddimus tribus figuris Logicæ,
et figuramus eam novo modo et no-
va arte et demonstratione quæ quar-
ta figura componitur ex novem figu-
ris, quæ sunt literæ contentæ à K.
usque ad T.: Ratio et causa quare
nos, *Domine*, noviter invenimus hanc
quartam figuram, est, ut demonstre-
mus, quomodo cœraturæ et tuis Vir-
tutes

tutes dent demonstrationem de per-
fectione tuæ gloriōsæ Essentiæ divinæ,
per quam demonstrationem omnis in-
tellectus recipit directionem, qui il-
las significatiōnes recipit, et qui eas
non vult recipere, recipit devia-
tiōnem.

3. Nam per hoc quod B. demons-
tret ipsi I., *Domine*, quod L. M. N.
O. P. Q. R. S. et T. sint in A., diri-
gitur I. quando recipit B. in omni-
bus literis, quæ sunt in A.; sed quan-
do I. non vult recipere B. in hoc,
quod demonstrat de A., tunc I. devia-
tur in C.; quia, sicut ipsum intrat in
E. per hoc quod recipiat B., ita intrat
in G. per hoc quod non recipiat ip-
sum B.: Igitur, sicut F. verē demons-
trat per E., quod C. et I. per D.
et K. sint in E., ita H. falso demons-
trat per G., quod C. et I. sint in E.
Unde benedictus sis, *Domine*, quia
per hanc artem et modum potest om-
nis homo percipere et cognoscere,
quam conclusio et affirmatio sit

in

.Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIII. 297
in sua intentione et in sua opinione
in vera vel in falsa figura.

4. b. *Benedicte Domine! à quo ve-*
niant omnes gratiae & omnes beatitu-
dines. Prima figura est perfectæ Potes-
tatis, quæ figura formatur, quando
B. demonstrat ipsi I. quod L. sit in
A. quam demonstrationem ei facit,
ut K. demonstret I. esse in C. cum
E., et D. demonstret C. esse in I. cum
E., et ut I. concludat in E., quod
L. sit in A.: Unde, quando B. de-
monstrat ipsi I. quod L. sit in A.,
et ipsum I. imaginatur L. sine M.
et aliis literis usque ad T., tunc H.
demonstrat, quod L. possit facere bo-
num et malum: et per hoc K. de-
monstrat I. esse in C. cum G.; quia,
sicut homo, p. qui se aspicit in spe-
culo obliquo, videt in eo suam fa-
ciem obliquam, ita quando I. reci-
pit id, quod B. demonstrat de L.
quod est in A., et non aspicit alias
virtutes, tunc I. recipit in C., et G.
recipit in I. falsam figuram in hoc,
quod

298 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
quòd I. opinetur tuam Potestatem
posse facere peccatum.

5. *Gloriose Domine!* quando B.
demonstrat L. esse in A., æqualiter
demonstrat M. N. O. P. Q. R. S. et T.
esse in ipso A.; quia nisi in eo essent,
B. non posset significare L. esse in
A.; sed, quando I. non recipit à B.
nisi L.; et ignorat id, qnod B. de-
monstrat de aliis literis, tunc forma-
tur G. in I. & in C., opinante I.
Te habere potestatem faciendi pec-
catum; quando autem I. recipit B.
in L. & M. & N. & in aliis literis,
tunc K. demonstrat I. esse in E., quia
F. demonstrat cum D.. quòd G. non
sit in eo, quod I. recipit à B., quo-
niā æqualiter à B. recipit L. M. N.
O. P. Q. R. S. & T. ; quia, sicut ve-
rum speculum monstrat veritatem ve-
ræ figuræ, quæ in eo aspicitur, ita
D. demonstrat de C., & K. de I.,
& F. de E., quòd I. verè recipiat
B., & B. verè demonstret A. ipsi I.
quando hoc recipit omnes demons-
tratio-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIII. 299
trationes , quas B. facit de A. in no-
vem figuris.

6. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia quando I. recipit L. & M. & alias literas sequentes , tunc intrat in C. cum E. cognoscendo & affirmando , quòd L. sit in A. secundùm respectum sui ipsius & ipso-
rum M. & N. & aliarum literarum
sequentium ; & propterea I. affirmat ,
quòd , dummodo sit ad tuam Sapientiam & Amorem & Veritatem &
Justitiam & misericordiam & Humilitatem & Patientiam & perfectam Bonitatem , tua Potestas sit adeò mag-
na & adeò perfecta , quòd possis esse
unus in Trinitate & possis incarnasse
Filium in gloria Virgine , & possis
facere secundùm cursum naturalem
vel contra cursum naturalem quid-
quid pertinet ad perfectam Potesta-
tem & perfectam Sapientiam & per-
fectas Virtutes ; sed quando infideles
habent ignorantiam tuæ Trinitatis &
Incarnationis & Operum , quæ facis

con-

300 B. Ray. *Lulli Lib. cont̄pl. Vol. III.*
contra cursum naturalem, habent eam
per hoc quod recipiant B. in aliqua
vel aliquibus demonstrationibus & non
in aliis; & propterea ipsorum I. in-
trat in C. cum G. & uno modo ti-
bi attribuit perfectionem, & alio de-
fectum.

7. c. O Domine! qui inamoras me-
am voluntatem, & illuminas meam
Sapientiam. Secunda figura est: perfec-
tæ Sapientiæ, quæ formatur; quan-
do B. demonstrat ipsi I. quod M. sit
in A.; Unde quando B. demonstrat
ipsi I., quod M. sit in A., & I. ima-
ginatur solum M. sinè L. & N. &
aliis, tunc generatur G. in I. & in
C.; eò quod I. non recipiat alias de-
monstrations, quas B. dat de A.; &
propterea K. demonstrat, quod I. per
E. imaginetur Te ante creationem
mundi jam scivile peccatum, quod
fuit post creationem ipsius mundi; &
quia non impedivisti, ne esset ipsum
peccatum, & I. affirmat Te habere
tantam Sapientiam, quod potueris

crica-

Lib. V. Dist XL. Cap. CCCLXIII. 301
creare mundum, quin in eo esset peccatum, nec infernus; propterea ipsum I. formatur inter E. & G.; quoniam per perfectionem, quam intelligit in M., & per defectum quem opinatur in tua voluntate, quæ noluit impedire peccatum nec infernum, H. & D. demonstrant cum K., quod I. sit in E. & in G.

8. si. Igitur sicut corpus hominis infirmi stat inter vitam & mortem, & imaginatio hominis somniantis stat inter actum & potentiam, ita, *Domine*, I. stat simul inter F. & G.; & sicut figura corporis infirmi & imaginatio somniantis accidentaliter recipiunt figuram contra finalem rationem propter quam receperunt creationem, ita I. exit à sua finalitate, quando est figuratum in C. inter E. & G.; & sicut in corpore infirmo boni humores pugnant contra malos, ita impugnant E. & F. contra G. & H.; & sicut per pugnani bonorum humorum contra malos corpus non

po-

302 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
potest recipere sanitatem, ita per pos-
sessionem, quam G. & H. habent in
I., non potest ipsum I. recipere B.
in hoc, quòd demonstrat de A.; quo-
niam I. intrat in G., eō quòd non
recipiat M. simul cum L. & N. et
aliis.

9. Sed quando I., *Domine*, recipit
M. à B. simul cum L. & N. & aliis
literis, tunc est ipsum I. & C. in E.
finè G., quia imaginatur, quòd, licet
Tu scires malum, antequam inmundus
esset, tamen non esset T. nec P. in M.
nec in aliis literis, nisi creasses infer-
num, & dedisses homini liberam vo-
luntatem faciendi bonum & malum;
quoniam si inmundus non esset ordinat-
us à tuo M. modo quo est ordinatus,
B. non posset demonstrare ipsi I. nec
ipsum I. posset recipere demonstrati-
onem quam B. datipsi I. de L. & M.
& N. & de aliis literis, quæ sunt in
A., quia sicut homo cœcus non po-
test uti colore nec animal irrationale-
ratione, ita & adhuc multo minùs
pos-

posset B. demonstrare creaturæ perfectionem ipsius A., nec creatura posset frui & recipere perfectionem sui Creatoris: Igitur cùm hoc ita sit, per hoc K. demonstrat, quòd I. sit in recta figura in C., quando recipit simul perfectionem omnium literarum, quas B. demonstrat in A.

10. d. *O Domine DEUS! qui es spes & perfectio meæ voluntatis. Tertia figura dicitur perfectæ voluntatis, quæ formatur, quando B. significat ipsi I., quòd N. sit in A.: Unde quando B. demonstrat ipsi I., quòd N. sit in A., & ipsum I. recipit demonstrationem solius N., & non aliarum literarum quæ sunt in A., tunc generatur G. in ipso I. & in C.; & per hanc generationem K. demonstrat I. esse in G. opinando, quòd N. non habeat perfectionem in A., cò quòd velit peccatores infinitè torqueri in inferno; & porpterea I. affirmat in C. in quo est G., quòd N. esset melius, si non esset peccatum nec infernus, &*

304 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
si forent plures animæ, quæ vaderent
ad Paradisum quàm quæ vadunt in
infernum.

I. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia, sicut homo infirmus,
quando victualia dulcia & sapida vi-
dentur ei amara, non habet ordina-
tum suum gustum, ita I., quando
recipit N. sinè L. & M. & aliis lite-
ris, quæ sunt in A., non potest trac-
tare ordinatè & directè de N., &
propterea H. demonstrat, quòd ip-
sum I. sit in G., & D. demonstrat,
quòd C. sit in ipso I. cum G.; &
per hoc demonstrat K. quòd I. non
sit in E., & F. demonstrat, quòd E.
non sit in I. & in C.; quia sicut est
impossibile, quòd unum elementum
possit componere corpus sinè aliis e-
lementis, ita est impossibile, quòd I.
possit frui ipso N. sinè L. & M. &
aliis literis, quæ sunt in A.; & quia
I. plus attendit ad animas, quæ va-
dunt ad infernum, quàm ad literas,
quæ sunt in A., propterea in illudi
in-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIII. 305
intrat G. quod format I. in C. ad eò
falsâ figurâ intellectuali, sicut specu-
lum curvum format in se falso re-
tiam figuram faciei aspicientis sc in
eo.

12. *Creator Domine!* Quando I.
recipit N. & L. & M. & alias lite-
ras; quæ sunt in A., tunc D. & F.
& K. concordant in E.; & ratione
hujus concordantiæ I. & C. simul
stant in E. sinè G.; quia sicut homo
una manu lavat aliam, & una virtu-
te se juvat ad aliam, ita I. intrat in
E., quando simul recipit id, quod
B. demonstrat de omnibus literis, quæ
sunt in A.: Igitur cùm hoc ita sit,
quando I. cadet in G. per hoc, quod
non sciat uti ipso N. sinè aliis lite-
ris, consulo ut statim recurrat homo
ad hanc tertiam figuram, & se diri-
gat cum literis, quæ sunt à K. usque
ad T., & simul amet & recipiat om-
nes ipsas, ut I. sit in E., quando in-
trabit in C..

13. e. *Creator Domine mundi & om-
nium bonorum & ordinationum, que*

306 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
in eo sunt! *Quarta* figura dicitur per-
fectæ *Veritatis*, quæ formatur, quan-
do B. demonstrat ipsi I., quòd O.
sit in A.: Unde quando B. demons-
trat O. ipsi I. simul cum L. & M.
& N. & aliis sequentibus literis, &
I. non vult recipere nisi solum O.,
tunc G. generatur in I. demonstran-
tibus H. de G., & K. de I. & D. de
C. quod I. concludit quòd omnis ho-
mo in quacunque lege & secta sit,
dummodo habeat bonam intentio-
nem in credendo errorem, in quem
credit, & quem ignorat, salvetur &
vadat in Paradisum; & propterea I.
formatur falso in C. & C. in I. ra-
tione ipsius G. quod intrat in C. &
in I., quia si omnis homo salvaretur
in quocunque errore esset, dum pu-
taret illum errorem esse veritatem,
sequeretur, quòd homo veniret ad A.
credendo falsitatem, & quòd O. es-
set veritas & falsitas simul, quod est
impossibile.

14. Nam si hoc esset possibile,
Domine, K. demonstraret ipsi I., quod
B.

B. non haberet potestatem significandi in A. esse L. & M. & N. & O. & P. & Q. & R. & S. & T., & si B. non posset demonstrare ipsis I. omnes istas literas esse in A., I. non haberet, à quo reciperet demonstrationem litterarum, quæ sunt in A., & per hoc K. demonstraret ipsis I., quod A. & B. & literæ, quæ sunt à K. usque ad T., non essent *in esse*; & si ita esset, quod non essent *in esse*, fortet impossibile esse *in esse* ullam rem tam sensualem quam intellectualem: Igitur cùm hoc ita sit, quod sensualiter sentiamus & intellectu-liter intelligamus esse res sensuales & intellectuales, per hoc demonstrat B. ipsis I., quod A. sit *in esse*, & L. & M. & sequentes literæ sint in A., & per hanc demonstrationem K. demonstrat ipsis I. nullum hominem credentem errorem & falsitatem esse in E. & posse venire cuin G. ad A., quod est O. contrarium ipsis G.

15. *Vere Domine!* Quando I. recipit B. in hoc, quod demonstrat de-

O. & L. & M. & N. & sequentibus literis, tunc I. formatur in C. & C. in I. cum E.; quia K. demonstrat ipsi I., quod formet C., & D. ei demonstrat, quod formet C. in affirmatione intelligentiae dicentis, quod nulla anima credendo errorem possit venire ad O., quod est in A.; quoniam si ad illud venire posset, quam primum anima esset cum G. in O., ipsum O. non esset in A., nec essent in eis literæ, quæ sunt à K. usque ad T., & per privationem harum literarum privaretur A., & per privationem ipsius A. privaretur quidquid est, quod est impossibile: Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut in hac quarta figura damus exemplum de errore, cum quo homo putat venire ad O., ita potest dari exemplum in hac eadem figura de omnibus rebus in quibus homo tractat de veritate; & per artem prædictarum literarum potest dari solutio omni quæstioni factæ super aliquo tuorum operum.

16. f. *Domine director omnium in Te confidentium & Te amantium!* *Quinta* figura est perfectæ *Justitiae*, quæ formatur, quando B. demonstrat ip-
si I., quòd P. sit in A., sed quando I. recipit P. à B. sinè L. & M. & aliis sequentibus literis, tunc corruptitur & deformatur in I. & in C. quarta figura; quia sicut in corpore elemen-
tato corruptitur longum & latum per profundum & è converso, ita cor-
ruptitur quarta figura per introitum, quem G. facit in C. & in I., eo quod I.
non velit simul recipere omnes lite-
ras, quæ sunt in A.; quoniam quan-
do I. recipit P. sine aliis literis, sta-
tim intrat in G., & per G. imagina-
tur, quòd P. non sit perfectè in A.,
eo quòd prædestinatione sit in *esse*, ra-
tione cuius prædestinationis nullus ho-
mo prædestinatus ad damnationem
potest venire ad salvationem.

17. Nam, quando I., *Domine*, ima-
ginatur P. & prædestinationem deficit
in imaginando ipsum P. sinè demons-
tratione, quam ei dat B. cum omni-

310 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
bus literis quæ sunt in A. de ipso P.;
quia sicut homo non potest elevare
magnum onus per se solum, imo in-
diget adjutorio, ita I. non potest re-
cipere à B. id, quod demonstrat de
P., quin se juvet cum L. & M. & se-
quentibus lītetis; & propterea, quan-
do I. non se juvat cum omnibus li-
teris, quæ sunt in A., cadit homo
in errorem per prædestinationem &
per alias res, quas non scit cognos-
cere per tuas Virtutes; eo quod non
velit recipere earum significationes;
quem errorem cognosceret, si tibi at-
tribueret omnes literas, quæ sunt à
K. usque ad T.: quoniam si homo,
qui tentatur & decipitur per prædes-
tinationem, recurreret ad omnes li-
teras, tunc istæ literæ in eo ponerent
E. in I. & ratione ipsius E. haberent
C. & I. veram figuram in omnibus re-
bus, in quibus ipsum I. format C.

18. Quoniam sicut oculi sensua-
les, *Domine*, obliquè vident omnem
figuram in speculo obliquo, ita ocu-
li intellectuales obliquè vident præ-
desti-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIII. 311
destinationem, quando homo eam
imaginatur per tuum M. vel per tu-
um P. sinè aliis literis, quæ sunt in
A. ita perfectè sicut M. & P.; & si-
cut intellectus hominis se aspicientis
in speculo obliquo intellectualiter vi-
det rectam figuram suæ faciei per me-
moriā, quæ memorat ipsam esse
rectæ figuræ, ita I. verè intelligit præ-
destinationem quando respicit omnes
literas, quæ sunt à K. usque ad T.:
Unde Benedictus sis, *Domine DEUS*,
quia sicut solvitur quæstio de prædes-
tinatione per artem & modum præ-
dictum in hac quinta figura, ita pos-
sunt in ea verè & directè concludi
& solvi omnes alias quæstiones quæ per-
tinent ad tuam Justitiam, dummodo
homo sciat habere artem & modum
ipsius figuræ.

19. g. *O Domine gloriose! qui obli-
gas omnes creaturas ad significandum
tuos valores. Sexta figura est perfec-
tæ Misericordiae, quæ formatur, quan-
do B. demonstrat ipsis I., quod Q.
sit in A., per quam demonstra-*
tio-

312 B.Ray.Lulli. Lib.Contēpl.Vol. III.
tionem I. dirigitur ad essendum cum
E. in C., ut possit cognoscere id,
quod B. demonstrat de Q., & ut re-
cipiat gratiam & benedictionem ab
A.; sed quando I. recipit à B. so-
lum Q., & ignorat id, quod B. sig-
nificat de A. in aliis literis, quæ sunt
à K. usque ad T., tunc in eo ge-
neratur G., ratione cuius imagina-
tur ipsum I. adeò vehementer tuum
Q. quòd obliviscatur omnium alia-
rum literarum quæ sunt à K. usque
ad T.; & propterea K. & D. & F.
significant, quòd E. non sit in I. nec
in C. ratione ipsius G. quod in eis est.

20. *Sanctificate Domine!* Sicut G.
intrat in I. & I. in G. per hoc quòd
I. affirmet Q., quin habeat cogni-
tionem de P. & de aliis literis, ita
ipsum I. formatur falsâ figurâ, quan-
do imaginatur in Q. defectum ratio-
ne multitudinis animarum, quæ va-
dunt ad infernales pœnas; quia sicut
B. demonstrat Q. in A. per animas
quæ vadunt ad Paradisum, ita de-
monstrat P. per animas, quæ vadunt
ad

Lib. V. Dist XL. Cap. CCCLXIII. 313
ad infernales pœnas; quoniam si B.
adeo demonstraret Q., quod non pos-
set demonstrare P., sequeretur, quod
in A. privaretur P., & si ita esset,
etiam in eo privarentur Q. & om-
nes aliæ literæ, quæ sunt à K. usque
ad T.; & si ita esset, foret impos-
sibile, quod A. & B. essent ali-
quid.

21. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia quando I. rccipit Q. à
B. simul cum demonstratione, quam
B. ei dat de P. & de aliis literis,
tunc K. demonstrat I. imaginari &
cognoscere per E., quod Q. & P.
conveniant in A., & ratione hujus
cognitionis C. & I. conveniant in
fruendo ipsis Q. & P. per demons-
trationem, quam B. de cis dat in
creaturis & in A.: Igitur cùm hoc
ita sit, per istam artem potest om-
nis homo cum E. tractare de mis-
ericordia & potest dare solutionem
omnibus dubiis, quæ haberi possunt
super operibus misericordiæ, dum-
modo sibi cavcat ne recipiat Q. sine
P.

314 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
P. & aliis literis, quæ sunt in A.,
quia sicut animal non posset recipere
veram formam sīnē compositione
& coniunctione naturarum sensualis &
intellectualis ita I. in C. non posset
recipere veram figuram sīnē P. & Q.
& aliis literis, quæ sunt in A., quan-
do vellet tractare de misericordia.

22. h. *O Domine DEUS! qui de*
nihilo creasti omnes creaturas. Septi-
ma figura est perfectæ Humilitatis,
quæ formatur, quando B. significat
ipsi I., quod R. sit in A., ut ipsum
L. cognoscat R. in A., & forinet R.
in se ipso, ut recipiat gratiam & be-
nctionem ab A.; Unde quando I.
imaginatur humilitatem & ipsi appro-
piat, quod, quantum hominem hu-
miliat, tantum exaltet, & quando
I. imaginatur, quod Tu non possis
exaltari per humilitatem, eò quod
sis adeo perfectus & altus, quod non
possis plus exaltari, tunc G. intrat in
I. & I. in G. & C. affirmat R. non posse
esse in A.; & prōrerea K. signifi-
cat, quod G. sit in I. & E. non sit
in ipso.

23. Sed

23. Sed quando I., *Domine*, recipit B. super R. cum L. & M. & aliis sequentibus literis, tunc K. demonstrat, quod E sit I. quod imaginatur R. esse in A. ad demonstrandum T. & alias literas ipsius A., quia sicut R. in Creatura exaltat creaturam, ita R. in Creatore demonstrat T. ipsius creatoris ipsi. I., ut oret & contempletur A. & formet in se R. ad faciendum reverentiam & honorem ipsi R. Creatoris, & propterea oportuit, quod R., quod est in A., humiliaret Personam Filii ad assumendum humanam carnem ex nostra Domina, sancta MARIA Virgine gloria, ut ipsum I. posset recipere id, quod B. demonstrat de R., quia sine Incarnatione & Passione nostri Domini JESU Christi non posset ipsum I. recipere B. licet ipsum B. posset significare R. in A., sicut Sol potest demonstrare suam claritatem sine visu hominum cæcorum.

24. *Humilis Domine!* Sicut B. demonstrat R. in A. sine multiplicatio-

316 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
ne exaltationis ipsius A., ita in In-
carnatione & Passione Filii DEI B.
demonstrat R. in A. sine depresso-
ne & diminutione ipsius A.; quia si
A. diminugetur in T. & in aliis li-
teris, R. daret ei defectum, quod
est impossibile; eò quod R. ipsius A,
non possit esse contrarium ipsi A. &
literis, quae in eo sunt; quoniam si
esset eis contrarium, K. demonstra-
ret ipsi I., quod omne R., quod est
in homine, esset contrarium virtu-
ti & concordans cum vicio, quod est
impossibile; per quam impossibilita-
tem B. significat ipsi I., quod per In-
carnationem divina Natura nullatenus
fuerit mutata nec alterata de sua no-
bilitate: Unde benedictus sis, *Domini-
ne DEUS*, quia per hanc septimam
figuram potest omnis homo habere
artem & modum exponendi & sol-
vendi omnem quæstionem tractantem
de humilitate: quoniam sicut tres fi-
guræ logicæ sunt figuræ, quibus for-
mantur omnes syllogyismi, ita in quar-
ta figura composita ex novem habet

quæ-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIII. 317
quælibet artem & modum, quo ho-
mo potest solvere omnem quæstio-
nem; quæ incedat per novem figu-
ras; eò quòd hæc quarta figura ita
habeat novem modos, sicut illæ tres
habent quatuordecim.

25. i. *O Domine! qui inflamas cor*
tui amatoris in contemplatione tui va-
loris. Octava figura est perfectæ Pa-
tientiæ, quæ formatur, quando B.
significat ipsi I. quòd S. sit in A.;
quia sicut Sol demonstrat suam cla-
ritatem, & rosa suam pulchritudi-
nem, & leo suam fortitudinem, &
homo utens ratione suam rationali-
tatem, ita B. demonstrat ipsi I., quòd
S. sit in A. ; & sicut finalis ratio,
propter quām culter formatur ex ma-
teria ferri, est, ut scindat, finalis
ratio, propter quam I. est cūcatum
est, ut recipiat id, quòd B. demon-
strat de A.: sed quando I. imaginatur
S. sine demonstratione, quam B.
dat de ipso, & I. intrat in C. ope-
nando, quòd patientia det passionem,
& memoria memorat in Te non
esse

318 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
esse passionem , tunc formatur G. in
ipso I. , cò quòd I, non sciat reci-
pere id , quod B. demonstrat de S.
in A. cum aliis literis , quæ sunt à
K. usque ad T.

26. Sed quando I. , *Domine* , re-
cipit B. & S. simul cum literis , quæ
sunt in A. á K. usque ad T. tunc I.
intelligit , quód S. sit in A. licet in
eo non sit passio ; quia cùm in A.
sint L. & M. & N. & O. & P. & Q.
& R. & T. , necessariò opottet , quód
in eo sit S. ; quoniam nisi in eo es-
set , non essent in eo Q. & R. & T.;
& si istæ literæ non essent in A . ,
necessariò oporteret , quòd etiam non
essent in eo aliæ literæ; quæ si in eo
non essent , A. nihil esset , quod est
impossibile , per quam impossibilita-
tem significatur , quòd S. sit in A.

27. Unde benedictus sis , *Domi-
ne DEUS* , quia sicut dedisti Soli s-
plendorem , ut illuminet mundum,
ita tuus Filius inter alias rationes fu-
it incarnatus & mortuus ut ipsum
I. posset recipere id , quòd B. de-
mons.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIII. 319
monstrat de S., quod est in A.: quo-
niam sicut per visum corporalem
videtur splendor Solis, ita per tu-
am Incarnationem & Passionem cog-
noscitur S., quod est in A., unde be-
nedictus sis, *Domine DEUS*, quia non
est ulla quæstio, quæ fiat super pa-
tientia, quæ non possit solvi per ar-
teim & modum hujus octavæ figuræ,
dummodo homo sciat habere E. in
I. & in C., ut I. recipiat B. in S.
cum aliis literis, quæ sunt in A. à
K. usque ad T.

28. k. *Divine Domine plene miseri-
cordia & amore! Nona* figura est per-
fectæ *Bonitatis*, quæ formatur, quan-
do B. significat ipsi I., quòd T. sit
in A.: unde quando ipsum I. reci-
pit B. in solo T. & imaginatur, quòd
T. esset melius in A., si omnia ve-
getabilia & animalia irrationalia es-
sent animalia rationalia & essent om-
nia in Paradiso, & nullus homo dam-
naretur; tunc K. demonstrat, quòd
I. intret in G., & H. & D. demons-
trant, quòd C. intret cum G. in I.,

320 B. Bay. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& per hoc demonstrat K., quod I.
non possit per istum modum recipi-
re à B. id quod demonstrat de T.
per F., quod demonstrat E. non es-
se in I. & in C. quotiescunq; I.
non velit recipere omnes literas, quæ
sunt à K. usque ad T.

29. Unde benedictus sis, *Domi-
ne DEUS*, quia sicut ex albedine &
nigredine generatur & componitur
tertius color, ita E. & G. intrant in
I., quando I. recipit B. in T., &
non vult illud recipere aliis literis;
& sicut albedo generatur ex parte
frigiditatis & nigredo ex parte calo-
ris, ita E. est in I. ex parte ipsorum
B. & T., & G. est in ipso I. ex par-
te omissionis quam habet non reci-
piendo literas, quæ sunt à K. usque
ad T.; & sicut dissolutio rubei vel
crocei coloris reddit frigiditati par-
tem albedinis & calori partem nigre-
dinis, quæ partes componunt rubeum
vel croceum colorem, ita I. quod
est in E. & G. discedit cum E. vel
G., quando diu stat inter E. & G.

30.

30. *Virtuose Domine!* Quando B. demonstrat ipsi I., quod T. sit in A., & homo non vult recipere illam significationem prima intentione ad amandum A., & amat se ipsum prima intentione, tunc I. intrat in G., quia illas res, quae ei videntur bona vel malæ intuitu sui ipsius, imaginatur in tantum, quod ignoret id, quod B. demonstrat de T. in A.; & propterea ipsum I. cœcè & sinè vera figura & imaginatione & discretione aspicit T. in A. præ magna affectione voluntatis, quæ transfigurat I. in G. per privationem, quam E. habet in C. & in I.; & propterea homines nescii, qui non sciunt uti suo intellectu nec sciunt ipsum formare in vera figura, dicunt, quod mundus potuisset esse prius & melior & melius ordinatus: Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia omnem questionem, quæ tractet de bonitate potest homo solvere & declarare per hanc nonam figuram,

322 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
dummodo sciat sequi artem & mo-
dum ipsius figuræ ad gloriam & lau-
dem & honorem sui honorati & glo-
riosi DEI.

C A P U T C C C L X I V .

*Quomodo homo orando & contemplan-
do nostrum Dominum DEUM sciat ha-
bere artem & modum, per quem
aperitur veritas & falsitas.*

i. **D**EUS liberalis, excellens, alter,
a. **D**mirabilis, valens super omnes
valores! Qui vult inquirere artem &
veram viam, per quam sciat aperire
veritatem & falsitatem, oportet, Do-
mine, quod in inquisitione figuret
figuras sensuales, quibus sciat figu-
rare figuras intellectuales, per quas
& cum quibus potest homo dare suo
intellectui aperturam & directionem,
ut intret ad cognoscendum quænam
res sit vera & quænam falsa; Igitur
ad hunc finem ponimus & dicimus,
quod sit

A.

--

A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.	I.
Veritas sive in- ventio ip- sius A.	Apertura sive oc- cultatio ejusdem A.	Clausura sive oc- cultatio ejusdem A.	Falsitas. A.	Apertura sive in- ventio ip- sius D.	Clausura sive oc- cultatio ejusdem D.	Fides & creden- tia.	Ratio necessa- ria.	Fervor & Timor

2. Et quando homo, *Demine*, figuraverit has novem figuras, oportet, quod ex eis figuret unam quæ dividatur in octo figuræ sive cameras, & oportet quod det literam cuilibet earum, ut sit ei signum, per quod

habeat cognitionem de qualibet camera; & propterea signans primam cameram Literâ K., secundam Literâ L., tertiam Literâ M., quartam N., quintam O., & sextam P., septimam Q., & octavam Literâ R..

K.	L.	M.	N.	O.	P.	Q.	R.
BAG BAH BAI	BAGI BAHI	CAG CAH CAI	CAGHI	EDG EDH EDI	EDGI EDHI	FDG FDH FDI	FDGHI

& quando homo volet invenire & cognoscere veritatem vel falsitatem, vel volet eam occultare, oportet, quod recurrat ad figuram, & aspiciat in quanam oculo camerarum poterit tractare de re, quam inquirit & proponit tractare.

3. Et sicut oculi corporales debent tractari rebus inmundis & molibus, ita, *Domine*, oportet, quod omnis homo, qui velit intrare in hanc inquisitionem, sit mundus à peccato, & bona intentione & conscientia inquirat in figura id, quod in ea vult invenire & percipere; quia sicut oculis corporalibus est proprium non sanari nec mundari rebus asperis & immundis & siccis, ita & adhuc multo melius est proprium praedictæ figuræ non admittere intra se ullum hominem, qui sit inquinatus peccato & qui habeat malam intentionem ad id, quod intendit invenire in ea; quoniam sicut visus corporalis infirmatur & inordinatur per superfluitatem hu-

mo-

324 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
morum decurrentium per oculos, ita
hæc figura debilitatur & perturbatur,
quando homo eam tractat viliter &
immundè & inordinate.

4. b. *Bcate DEUS à quo veniunt omnes beatitudines.* Signum primæ figuræ sive cameræ est K.: Unde dicimus, *Domine*, quod intellectualiter intelligamus B. aperire & demonstrare A. cum G.; quia quando homo credit aliquam rem; quæ sit valde contraria cursui naturæ, & sit ei valde meritoria, tunc magnum meritum & magna credentia significant A. esse in G., & per G. sequi magnum fructum & magnam mortificationem intellectualis; quoniam si A. non esset in tali G., & D. esset in eo, sequeretur, quòd malum esset majoris utilitatis & fructuī, quàm bonum; & si hoc ita esset, significaretur, quòd Tu esses minor quàm res minores, quod est impossibile.

5. *Honorate Domine!* Intellectualiter intelligimus B. aperire A. cum

H.;

H.; quia quando humanus intellectus recipit id, quod creaturæ significant de tuis gloriose Virtutibus, & id, quod tuæ gloriose Virtutes significant de tua divina Essentia, tunc B. aperit A. cum H.; quoniam si A. non esset in tali H. formatum ex prædicta significatione & demonstracione, & esset in eo D., sequeretur, quod creaturæ cum D. significarent tuas Virtutes, & tuæ Virtutes cum D. significarent tuam divinam Essentiam, quod est impossibile; quia si esset possibile, sequeretur impossibile esse, A. esse in Te, & H. esse in ulla re, & nulla finalis ratio esset in esse & omnia essent frustra, quod est de majoribus impossibilitatibus, quæ esse possint.

6. *Amoro se Domine!* Intellectuali-
ter intelligimus B. aperire A. cuin I.,
quia quando I. movet intellectum &
memoriam & voluntatem ad inqui-
rendum A., tunc intellectus invenit
A. in magna diligentia ipsius I., quod
præ

præ magno fervore amoris vel præ magno timore inquirit significatio-nes, per quas invenitur A.; & si A. non inveniretur cum I. isto modo, sequeretur, quod inveniretur con-trarium ipsius I., quod est impossibile, scilicet quod A. aperiatur & inveniatur & demonstretur melius cum parvo fervore & devotione & timore, quàm cum magno: quia si esset pos-sibile, hoc sentiremus sensualiter vel intellegeremus intellectualiter, quod non sentimus nec intelligimus.

7. c. *Excellens Rex gloria! qui es dignus omni reverentia & honore. Se-cunda camera signatur per L.: unde dicimus, quod B. aperiat A. cum G. & I.; quia quando G. & I. con-junguntur & concordant ad invenien-dum A., tunc H., quod est in po-tentia, venit ad actualitatem ipsius G., & G. reducitur in potentiam, in qua erat H., quando G. erat in ac-tu; & si hoc ita non esset, Domine, sequeretur, quod conjunctio ipsorum G.*

G. & I. non posset esse ipsi B. occasio aperiendi A. cum ipsis G. & I., & sequeretur, quod B. per disjunctionem ipsorum G. & I. aperiret viam inveniendi A., quod est impossibile; quia si esset possibile, sequeretur, quod voluntas hominis quod minus fervoris & timoris haberet, eo in majori veritate fidei & credentiae esset, quod est impossibile, per quam impossibilitatem probatur, quod B. aperiat A. cum G. & I.

8. *Potens Domine!* Quando H. & I. uniuntur & conjunguntur & conveniunt ad inquirendum A. tunc B. aperit A. cum H. & I.; quia sicut Sol movet vegetativam in vegetabilibus super terram, ita I. intellectualiter movet H., & per motum ipsius H. B. demonstrat A. humano intellectui; quoniam sicut Sol in astate per suum magnum calorem attrahit virtutem vegetativam a radibus plantarum, & facit eam expandi & crescere super faciem terræ,

ita

328 P. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ita I. per suum magnum fervorem
in amore vel in timore dicit H. de
aliis significationibus ad alias, quo-
usque A. demonstretur ab H.; & si
hoc non esset ita sed esset opposi-
tum, sequeretur, quod A. melius
demonstraretur per privationem ip-
orum I. & H. quam per esse eorum-
dem; & si ita esset, sequeretur, quod
in animalibus irrationalibus, in qui-
bus non est I. adeò vehementer sicut
in rationalibus, esset plus cognitio-
nis quam in rationalibus, quod est
impossibile.

9. Unde benedictus sis. *Domine DEUS*: quia per hoc quod Philosophi, qui nos præcesserunt, non aperierunt A. cum G., sed solum cum H., sequitur, quod eorum scientia non valuerit tantum suo tempore, quantum nostra scientia isto tempore: nam eò quod ipsi inceperint aperi-
re A. cum H. & omiserint G., suum I. non fuit in adeò magna quanti-
tate magnitudinis & virtutis, sicut
nunc

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIV. 329
nunc est in illis, qui incipiunt appetire A. cum G. & I., & postea cum H. & I., quia melius & nobilius I. formatur, quando venit à G. ad H. quam si solum incipiat in H. & finiatur in ipso; & propterea Philosophi non habuerunt artem & modum, per quem elevarent suum intellectum ad adeo altum gradum, sicut Theologi, eo quod eorum Philosophia, fuerit simpliciter figurata sine Theologia, & Theologia, quæ est in hoc tempore, sit composita ex G. & H. ratione cuius compositionis B. habet majorem oportunitatem aperiendi A. cum G. & H., quam habuerit in Philosophia cum solo H.

io. d. *Divine Domine, Pater cælestis!* *Tertia* camera signatur litera M.: unde dicimus: quod, quando C. claudit vel occultat A. cum G., tunc homo credat in A. casualiter & sine ulla occasione, quæ demonstret cum H., quod A. vel D. sint in G.; &

330 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl.Vol. III.
& propterea est possibile, quod in
tali G. sit A. vel D.; quia dummo-
do I. non sit conjunctum cum G.,
casualiter credit homo in ipsum G.,
& per privationem ipsius I., C. oc-
cultat & dissimulat A.; & propterea
decipiuntur infideles, qui credunt si-
nè fervore & diligentia; quia non
habent qui movet B. ad aperiendum
A., quod C. occultat cum absentia
ipsius I., & ideo putant credere A.
esse id, quod est D. & D. esse id,
quod est A.

ii. *Juste Domine!* Intellectualiter
intelligimus, quod C. occultet A.
in H.; quia quando B. vult demon-
strare A. in H., C. interponit ca-
sualiter quando facit mentem homi-
ni's incedere sinè occasione, vel quan-
do facit eam esse in G.: Igitur si-
cut Luna occultat nobis claritatem
Solis, quando ponitur inter nos &
Solem, ita C. occultat & claudit A.,
quando ponitur inter H. & ipsum A.
per imaginationem & cogitationem
in-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIV. 331
incidentes casualiter vel per mentem,
quæ stet in G., in quo est D.: &
in quantum mens accedit plús ad oc-
casionem quám ad casualitatem vel
plús ad G.; in quo est A., quám ad
G. in quo est D., in tantum exit C.
de medio, quod est inter A. & men-
tem, & in tantum B. vincit ipsum
C.; sed quantò humana mens acce-
dit plús ad casualitatem quám ad
occasione & ad C. in quo est D.
quám ad H., tantò C. ponitur plús
ante mentem & in medio ipsorum
A. & H.; & propterea homines uno
tempore sunt in A. & alio in D.

12. *Æterne Domine!* Intellectua-
liter intelligimus, quod C. occultet
A. cum I., quia per privationem
ipsius I. in G. vel in H. vel per ni-
mis parvam vel nimis magnam quan-
titatem ipsius I. ponitur C. ante hu-
manam mentem & ecclypsat visum
intellectualē oculorum spirituali-
um, ratione cuius privationis & ra-
tione cuius ecclipsis visus intellec-
tua-

332 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tualis non potest percipere A. in G.
nec in H., dum C. est inter A. &
intellectum per inordinatum I.: Igi-
tur cùm hoc ita sit, qui vult ejicere
C. ab isto medio, oportet, quòd
temperet suum I. ne per totalem
absentiam vel per nimis magnam vel
nimis parvam quantitatem ipsius I.
possit C. ponere se inter A. & hu-
manam mentem: unde benedictus sis,
Domine DEUS, quia sicut per mo-
tum Solis, qui est major motu Lu-
næ, cessat ecclipsis, ita per tempe-
rantiam ipsius I. destruitur C., &
loco ipsius ponitur B., per quod vi-
detur A. in G. vel in H.

I 3. c. *O Domine major & melior om-
nibus creaturis!* Quarta camera sig-
natur per N.; unde dicimus: quòd
sensualiter sentiamus & intellectua-
liter intelligamus C. occultare A.
cum G. & H. & I.; quia quando
homines privant in sua memoria &
intellectu G. & H. & I., tunc me-
moria non scit memorare nec in-
tel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIV. 333
tellectus intelligere nec voluntas vel-
le; & propterea memoria & intel-
lectus & voluntas non sciunt inve-
nire vias nec significationes, per quas
possint invenire A.; & ideo sunt ho-
mines in hoc mundo peccatores &
sunt in errore, & faciunt multis pro-
ditiones & multa mala per ignoran-
tiam quam habent de A., in sua
memoria & intellectu & voluntate.

14. Nam, qui habent in poten-
tia G. & H. & I., *Domine*, dant la-
borem illis, qui eas habent in actu
& propterea qui actualiter possident
G. & H. & I. sunt obligati ad faci-
endum venire in actum formam po-
tentialem ipsorum G. & H. & I.
in illis, in quorum memoria & in-
tellectu & voluntate non est A.; sed
quia I. est in valde modica quanti-
tate in actu in illis, quibus B. de-
monstrat A.; propterea oportet,
quod ipsi multiplicarent ipsum I.,
ut præ abundantia magni fervoris &
magnæ charitatis B. ejiceret C. à men-

te

334 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
te infidelium, & verum G. & H.
esset in eis ad tuam gloriam & lau-
dem.

15. „ Igitur cùm in hoc *Libro*
„ *Contemplationis* contineatur, quód
„ homo possit habere G. & H. &
„ I. in valde magna quantitate se-
„ quendo artem & modum ipsius,
qui vult adducere A. de potentia in
actum in infidelibns, *Domine*, faci-
at quód ipsi addiscant istum Librum
ut B. in eis adducat de potentia in
actum A. & G. & H. & I., & pri-
vet & expellat C., ne sit inter men-
tem illorum & A.: Igitur benedictus
sis, *Domine DEUS*, quia per hunc
Librum potest formari I. in Fidei
Christianæ in adeo magna quantita-
te, quòd per eam cum tua gratia &
benedictione possit aperire A. occul-
tatum per C..

16. f. *Gratiōscē Domine plene omni-*
būs gratiis & benedictionibus! Quinta
camera designatur per O.: unde
dicimus, quòd quando B. & E. con-
ten-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 335.
tendunt super G., & quando prop-
terea B. format G. in quo est A., &
E. format G., in quo non est A.,
tunc E. aperiat D. demonstrando hu-
mano intellectui quinam duorum po-
pulorum subjectorum praedictis G. G.
accedit plus ad H. & ad I.; quia si
cut forma hominis, cui est subjecta
materia carnis & ossium, accedit plus
ad figuram hominis quam forma ho-
minis picta in pariete, ita G., in
quo est A., plus & melius accedit
ad H., & melius convenit cum eo
& cum I. quam G., in quo non est
A.; & si hoc non esset ita, seque-
retur, quod G., in quo non est A.,
esset melius & maius quam G., in
quo est A., quod est impossibile;
per quam impossibilitatem E. aperit
D. demonstrando, quod G. in quo
est ipsum D. non habeat tantum de
H. nec de I. quantum G., in quo
est A.

17. *Æterne Domine! Intellectua-*
liter intelligimus, quod E. aperiat D.
cum

336 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.
cum H., quando ex duobus H. contrariis humanus intellectus aspicit quodnam concordet melius cum G. & I., in quibus est A.; quia quando H. recipit significationes creaturarum, ut per eas possit recipere significationes tuarum Virtutum, per quas possit cognoscere excellentem nobilitatem tuæ divinæ Essentiæ, tunc H. demonstrat ipsi E. se continere A., & per A. quod in eo videt E., ipsum H. demonstrat aliud H., in quo est D., & quia E. demonstrat D. in H. in quo non est A., propterea demonstratur & revelatur D., quod antea erat occultum quando A. in H. non erat revelatum & demonstratum: Igitur cum hoc ita sit, qui vult percipere & cognoscere in quonam H. sit A. vel D., aspiciat quomodo E. inquirat H., quod melius recipit significationes creaturarum & tuarum gloriosarum Virtutum.

18. *Divine Domine!* Intellectualiter intelligimus; quod, quando E. in-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXIV. 337
inquirit quodnam duorum I. contrariorum sit majus & melius & propinquius virtutibus, & remotius à vitiis, tunc E. aperiat & significet quodnam eorum contineat A., & quodnam D., quia sicut imaginativa hominis accedit plus ad rationem, quam imaginativa bruti, ita I. in quo est A. accedit ad majorem quantitatem virtutum, & I. in quo est D., ad majorem quantitatem vitiorum; quoniam sicut marmor non potest dare calorem & potest dare frigus, & ignis non potest dare frigus & potest dare calorem, ita I. in quo est A., non potest demonstrare, quod in se sit D., nec I. in quo est D. potest demonstrare, quod in se sit A.: Igitur quando D. videtur per E. in I., in quo non est A., tunc D. aperitur per E. in quantum E. destruit falsas significationes, quæ demonstrant A. esse in I., in quo est D., & D. esse in I., in quo est A.

19. g. *Creator Domine, Pater, Benefactor*

X

factor

338 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
factōr digne reverentia & honore! Sex-
ta camera denotatur litera P.: unde
dicimus, quòd E. aperiat D. cum G.
& I.; quia quando duo homines dis-
putant & contendunt, & in uno est
A. & in alio D., tunc G. & I. in
quibus est A. contendunt contra G.
& I., in quibus est D.: & quando
E. scilicet humanus intellectus stat
indifferenter, tunc aspicit, quænam
sint arina utriusque G. & utriusque
I. & quosnam ictus dent; & quia
G. & I., in quibus est A., habent
fortiora arma, & dant majores ictus
quám G. & I., in quibus est D.,
propterea E. aspiciens hanc pugnam
aperit D. per cognitionem quam ha-
bet de eo in G. & I., quæ non pos-
sunt se defendere à G. & I. in qui-
bus est A.; quia si possent, seque-
retur, quòd D. esset melius & for-
tius quám A., quod est impossible;
quia si esset possibile, sequeretur,
quòd homo falsus esset fortior ho-
mīne vero, & quòd creatura haberet
plús veritatis quám Creator. 20

20. *Honorate Domine!* Intellectu
aliter intelligimus, quod E. aper-
iat D. cum H. & I.; quia sicut po-
tentia vegetativa format virtuosio-
rem formam in animali rationali
quam in ullo alio vegetabili, ita H.,
in quo est A., format melius & ma-
jus I., & I. in quo est A., format
majus & melius H. quam H. in quo
est D., & I., in quo est D.: Igitur
quando E. scilicet humanus intellec-
tus aspicit quodnam nobilius subjic-
tiatur alteri, scilicet an H. ipsi I., &
I. ipsi H., in quibus est A. vel an H.
ipsi I., & I. ipsi H. in quibus est D.,
tunc cognoscit in quonam H. & I.
sit A., & per cognitionem quam
habet de A. cognoscit D., & aperit
illud, & destruuntur portæ, quibus
ipsum D. cludebatur & occultaba-
batur humanæ discretioni, quando
non cognocebat A.

21. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia sicut subiectum format
sibi frequentius prædicata substantialia
quam

340 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quam accidentalia , ita G. & H. in
quibus est A. frequentius formant I.,
& formant illud majus quam G. &
H. , in quibus est D. ; quoniam sicut
motus est magis proprius corpori ani-
mato quam inanimato , & imagina-
tio est magis propria rationali quam
irrationali , ita I. melius convenit
cum G. & H. in quibus est A. quam
cum G. & H. in quibus est D. ; eò
quod privatio ipsius A. in G. & H.
sit privatio ipsius I. , & privatio ip-
sius D. in G. & H. sit possessio ipsius
I. : veruntamen sicut accidentaliter
calor invenitur in aqua , ita per ac-
cidens formatur I. in G. & H., in
quibus est D.; sed sicut in aqua non
potest esse adeo magnus calor acci-
dentaliter , sicut est in igne substan-
tialiter , ita I. non potest esse adeo
naturaliter & adeo propriè in G. &
H. , in quibus est D. , sicut est in G.
& H. , in quibus est A.: Igitur cum
hoc ita sit , per istam artem & mo-
duum potest omnis homo cum E. ape-
rire D.

22. h.

22. h. *Æterne Domine sinè fine & sinè principio!* Septima camera signatur per Q. : unde dicimus , quòd intellectualiter iutelligamus F. occultare D. cum G. ; quia quando homo in G. affirmat aliquam rem impossibilem , quin H. viderit , an ipsum sit possibile vel impossibile , tunc ipsi H. clauduntur oculi intellectuales , & ratione hujus clausuræ B. non potest ei aperire A. , & propterea H. non potest inquirere nec invenire , an in G. sit A. vel D. , & ideo F. est porta , quæ in G. claudit D. in hoc , quòd per affirmatam impossibilitatem non possit videri nec inveniri D. , quod est in ipso G.

23. *Cælestis Domine!* Intellectualiter intelligimus , quòd F. claudat D. in H. ; quia quando H. alteratur in formam contrariam per inordinationem motivæ sensualis & intellectualis , quæ non moventur ordinatè ad recipiendum significaciones , quibus B. aperit A. , tunc D. clauditur & occultatur

342 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tatur per F., cō quōd F. sit sicut nu-
bes posita ante Solem , & occultet D.
in hoc , quod intellectus non sit di-
rectus ad intelligendum ; quoniam
sicut molendinum inordinatum est
perturbatum ad molendum , & spe-
culum obliquum est inordinatum ad
repræsentandum figurās illis qui in eo
se aspiciunt , ita intellectus recipit fal-
sam figurām opinando esse veram ; &
hæc falsa opinio & falsa figura est
F. , quod occultat D. , quod revela-
retur & demonstraretur , si falsa opi-
nio & falsa figura non essent in H. , &
B. in eo demonstraret A.

24. *Divina Majestas !* Intellectua-
liter intelligimus , quōd F. occultet
D. cum I. ; quia quando I. est nimis
magnum vel nimis parvum , tunc
generatur F. , quod ponitur ante hu-
manam discretionem , & non potest
homo videre D. : quoniam quando
infideles & errantes nimis amant suam
credentiam vel nimis amant falsas ra-
tiones figuratas per falsas significati-
ones,

ones, tunc præ magno fervore vel præ magno timore F. dat obscuritatem oculis ipsius H., ratione cuius obscuritatis & tenebrarum ipsum H. non potest videre D.: unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut F. occultat D. per nimietatem ipsius I. ita ipsum F. occultat illud idem per nimis parvam quantitatem ipsius I., quoniam quando homo parum amat & habet paucam devotionem & paucum timorem, tunc F. recipit adeo magnam formam & adeo tenebrosam & obscuram, quod H. non potest extendere suos oculos ad videntium B., quod aperit A., & propterea oculi ipsius H. sunt excoecati, & non possunt videre D., quod est retrò F.

25. i. *O Domine DEUS! qui meum cor reples amore, & meos oculos lacrymis & ploratibus. Octava camera figuratur per R.* : unde dicimns, quod intellectualiter intelligamus F. occultare D. simul cum G. & H. & I.; quia quando memoria hominis non scit

344 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
scit memorare nec intellectus intel-
ligere nec voluntas velle, tunc for-
matur & componitur F. ex corrup-
tis memorare & intelligere & velle,
& per corruptionem, ex qua F. est
compositum & generatum, occultat
D. opinantibus memoriā memorare
& Intellectu intelligere & voluntate
amare A., quando D. est falsō co-
gitatum in figura ipsius A., & A.
in figura ipsius D..

26. *Gloriose Domine!* Quando ho-
mo dicit *memoria scit vel non scit*
memorare, vel dicit *voluntas scit vel*
scit velle, tunc F. occultat liberta-
tem, quam memoria habet in sci-
endo memorare & voluntas in vo-
lendo amare, si intellectus vellet uti
suā virtute in memoria & volunta-
te; quia si vellet uti suā virtute, me-
moria posset memorare, & voluntas
posset velle ita quòd memoria vellet
memorare & intellectus intelligere &
voluntas amare; & quando homo di-
cit quòd memoria sciret & vellet,
tunc

Zib. V. Diff. XL. Cap. CCCLXVI. 345
tunc ei attribuit scire & velle, & intellectui & memoriæ attribuit velle,
quando eis attribuit operationem vo-
luntatis dicendo, quòd memoria vel-
let memorare & intellectus vellet in-
telligere; & quia homo potest dicere,
quòd memoria posset, & potesta-
tem potest attribuere intellectui & vo-
luntati, propterea F. occultat D.,
quod negat potestatem in Persona
Patris, de qua generatur Filius &
procedit sanctus Spiritus.

27. *Domine sapiens!* Sicut vulgariter dicit homo: *memoria scit memorare* & *vult memorare*, & *intellectus scit intelligere* & *vult intelligere*, & *vo- luntas scit amare* & *vult amare*, ita vulgariter dicit: quòd memoria pos- sit memorare, quando scit & vult memorare, quia nisi sciret & vellet, non memoraret, & nisi posset, non vellet nec sciret memorare, & hoc idem est de intellectu & voluntate, quotiescumque B. demonstret A.; sed quando F. occultat D. per occultatio- nem

346 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
nem quam C. fecit de A. , tunc me-
moria non vult nec scit nec potest
memorare , & hoc idem est de intel-
lectu & voluntate : & quia non vul-
gariter dicitur , quòd intellectus & vo-
luntas memorent , & dicitur , quod
memoria & voluntas sciant & velint
dicendo , quòd memoria sciat & velit
memorare & voluntas sciat & velit
amare , propterea C. claudit Veritatem
proprietatis , quam habet memoria
in memorando , ratione cuius clau-
suræ F. occultat D. , quod falsò de-
monstrat , quòd memoria non sit in
intellectu & in voluntate ita bené ,
sicut intellectus & voluntas sunt in me-
moria ; & quia per defectum vulgaris
locutionis fiunt istæ falsæ demons-
trationes , propterea B. demonstrat
A. in eo , in quo F. occultat D. cum
H. & G. & I.

23. K. *Sanctificate Domine gloriose !*
~~A~~ quo veniunt omnes benedictiones .
Cum omnia , quæ homo facit , ince-
dant per G. & H. & I. , qui vult in-
qui-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 347
quirere & invenire A. & D., oportet,
quod prius aspiciat, an quæstio sumat
initium à G. vel ab H. vel ab I.; &
quando hoc evenerit, oportet, quod
ducat inquisitionem & solutionem
quæstionis super literam, de qua prin-
cipium est originatum, & postea
oportet, quod aspiciat quānam lite-
rarum aperiatur vel claudatur A. &
D.; quia si homo vellet aperire A.
cum C., & claudere illud cum B.,
& vellet aperire D. cum F., & illud
claudere cum E., vel vellet claude-
re & aperire A. cum E. & F., vel clau-
dere vel aperire D. cum B. & C.,
tunc erraret in figura & in arte præ-
dictâ; & ab hoc errore proveniret,
quod non sciret cognoscere A.
nec D.

29. *Vere Domine!* Postquam ho-
mo direxerit literas prædictas secun-
dùm artem & modum supra dictum,
oportet, quod aspiciat in quānam
octo camerarum conveniat formari
quæstionem & conclusionem; quia
si

348 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
si questionem de K. vellet formare
in camera de L. vel M. vel in sequen-
tibus , sequeretur inordinatio , per
quam non posset habere cognitionem
de A. nec de D.; Igitur sicut homo
tentat multos calceos , quo usque in-
veniat illos , qui sunt convenientes
suis pedibus , ita debet tentare &
probare omnes octo cameras , & in
illa , in qua melius poterit formari
& figurari quæstio & solutio , debet
inquirere A. & D.; quia quælibet
quæstio & solutio & conclusio , se-
cundùm quod est sua natura & sua
qualitas , habet suam cameram sibi
appropriatam & naturatam dummodo
sit , qui eam sciat invenire & cog-
noscere.

30. *Adjutor Domine!* Sicut aliæ
septem virtutum adjuvant alias con-
tra uitia , & alia septem peccatorum
mortaliū adjuvat alia contra vir-
tutes , ita quælibet octo camerarum
adjuvat alias : & ideo si homo non
possit invenire A. & D. in una ,
opor-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 349
oportet, quod se juvet cum aliis, quia
sicut tres causæ juvant se invicem, ut
possint venire ad causam finalem, ita
aliæ cameræ juvantur ab aliis, ut pos-
sint demonstrare humanæ rationi A.
& D. Unde benedictus sis, Domine DE-
US, quia sicut Potentia rationalis
continet sub se quatuor potentias, ita
haec ultima figura hujus Libri Con-
templationis continet sub se omnes ali-
as figuræ ejusdem Libri præcedentes
eam, & in ea omnes aliæ possunt capi,
& recipere formam ad gloriam & lau-
dem Tui, qui es noster glorioſus DE-
US.

CAPUT CCCLXV.

Quomodo homo orando & contemplan-
do nostrum Dominum DEUM re-
cipiat ab eo gratiam & be-
nédictionem.

I. **O** **DEUS**, gratioſe, plene & a-
a. **bundans misericordiâ & in-**
dulgen-

350 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
dulgentiis! Qui vult recipere gra-
tiam & benedictionem à Te, oportet,
Domine, quòd orando & con-
templando dividat & ordinet poten-
tiā motivam in sensualem & intel-
lectualem orationem & contempla-
tionem, ut in motiva sensuali reci-
piat gratiam sensualem, & in mo-
tiva intellectuali gratiam intellectua-
lem; quia quando motiva intellec-
tualis movetur per omnes septem
virtutes, & motiva sensualis in suo
motu est ei obediens, & ambo mo-
tus concordant in utendo septem vir-
tutibus & in pugnando contra septem
vitia scilicet septem peccata mortalia,
tunc recipit homo per tale opus à Te
gratiam & benedictionem.

2. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia qui vult recipere à Te
gratiam & benedictionem, oportet,
quòd se faciat servum & subditum
Fidei, Spei, Caritatis, Justitiae, Sa-
pientiae, Fortitudinis, Temperatiae,
& aliarum virtutum, quæ ab ipsis deri-
van-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 351
vantur: quoniam, sicut oculis recipit homo splendorem Solis, & naribus odores, & auribus voces & gustu dulcedines, ita septem virtutibus praedictis recipit à Te gratias & benedictiones; sed, sicut nubes impediunt oculos, ne videant splendorem Solis, & catharrus impedit nares, ne percipient odores, ita septem peccata mortalia impediunt hominem, ne à Te recipiat gratiam & benedictionem, quando non summittit motivam sensualem & intellectualem septem virtutibus praedictis.

3. Nam sicut in infernali pæna, *Domine*, homines torquebuntur à se ipsis quadraginta tribus tormentis, quia tres virtutes animæ habebunt quindecim pænas in hoc, quòd memoria torquebit voluntatem & intellectum & se ipsam cum voluntate & cum intellectu, & torquebit se ipsam cum se ipsa, & ita habebit quinque tormenta; & hoc idem facient voluntas & intellectus; & corpus quantum

352 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tum ad elementum ignis torquebit
tria elementa, & recipiet tormentum
ab omnibus tribus, & ipse ignis per
suam naturam torquebit se ipsum, &
ita habebit septem tormenta, & hoc
idem est de aliis elementis, ita, *Do-*
mine, septem peccata mortalia per
omnes quadraginta tres modos præ-
dictos impediunt septem virtutes, ne
homo recipiat gratiam & benedic-
tionem à suo Creatore; sed quando
homo servit & se submittit septem
virtutibus, tunc vincit & superat sep-
tem peccata in quadraginta tribus
modis prædictis, & per hanc victo-
riam recipit à Te gratiam & bene-
dictionem.

4. b. *Misericors Domine, plene mi-*
sericordia & benedictione! Qui vult à
Te recipere gratiam & benedictio-
nem oportet, quod sciat cognoscere
naturam corporis & animæ; quia
quando homo habet cognitionem de
quinque potentiis, & scit cognosce-
re concordantiam quinque sensuum
sen-

Lib. V. Dist XL. Cap. CCCLXV. 353
sensualium & quinque intellectualium, & quomodo conjungantur & componantur, ut a Te possint recipere gratiam & benedictionem, tunc cognitio, quam habet de istis rebus, est memoriæ occasio ut recondat dona, quæ Tu das, & est voluntati occasio ut ea amet, & amet Te, qui illa dona das; & quando homo memorat & cognoscit & amat omnes istas res, tunc recipit tuam gratiam & benedictionem.

§. *Gloriose Domine!* Quia Tu es unus DEUS in tribus Personis, propterea gratia, quam homo recipit a Te, significat tuam Unitatem & Trinitatem; quoniam per hoc quod tua gratia sit una in se ipsa, & quinque sensus sensuales & quinque intellectuales & quinque potentiarum animarum & tres virtutes & forma & materia & conjunctio differenter recipient illam, & quantum ad omnes istas res & earum officia habeant diversitatem, significatur tua Unitas per gratiam, quæ

Z

est

354 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
est una, & significatur tua Trinitas
per diversitatem rerum, quæ recipi-
unt tuam gratiam, quæ diversitas cre-
ata significat diversitatem increatam,
quæ est in tuis tribus diversis Perso-
nis gloriosis.

6. Unde benedictus sis, *Dmne DEUS*, quia, sicut opus oculorum
& corum officium est diversum ab
operibus manuum, & opus manu-
um ab operibus pedum, & offici-
um & opus memoriæ est diversum
ab officio & opere voluntatis, ita
dedisti homini diversas virtutes, per
quas à Te recipiat diversas gratias ad
laudandum & orandum & contem-
plandum tuam gratiam, quæ est in
tua Unitate una, & per tuam Trini-
tatem datur nobis tua gratia in di-
versis virtutibus, per quas cognosca-
mus in Te diversas virtutes quoad Te
unitas sine ulla diversitate in tua di-
vina Essentia: Igitur cùm hoc ita sit,
Domine, qui à Te vult recipere gra-
tiā & benedictionem, sciat omnes
istas

istas res contemplari; quia in quantum memorando & intelligendo & amando contemplabitur eas, in tantum recipiet gratiam & benedictionem à Te.

7. c. *Inalterabilis Domine, immortalis, infinite!* Qui per veram fidem & credentiam vult à Te recipere gratiam & benedictionem, oportet, quod moveat motivam intellectualem tali modo, quod omnes tres virtutes animae ordinate moveantur ad utendum fide & credentia; quia sicut tota rota horologii movetur ad formandum horas & puncta, ita oportet, quod memoria moveatur ad memorandum intellectum esse rem finitam, & ratione suæ finitatis non posse intelligere omnes res; & oportet, quod intellectus moveatur ad intelligendum in memoriâ, eò quod sit finita, non posse capi omnes res; & postquam motiva intellectualis movebit has duas virtutes unam contra aliam, oportet, quod moveat quam-

li-

356 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
libet earum in se ipsa, ut memoria
memoret suam terminationem ratio-
ne cuius non potest memorare omnes
res, & intelligat suam terminationem,
ratione cuius non potest omnes ipsas
intelligere.

8. Et postquam motiva intellec-
tualis, *Domine*, moverit has duas vir-
tutes modo prædicto, oportet, quod
voluntas moveatur ad amandum fi-
dem & credentiam, quam intellec-
tus non sufficit intelligere nec me-
moria memorare, eo quod uterque
sit res finita; sed quando voluntas se
movet ad amandum falsam fidem &
credentiam quam memoria non po-
test memorare nec intellectus intel-
ligere propter defectum ipsius fidei,
quæ est falsa & vana & contraria ve-
ritati, tunc motus voluntatis est vi-
tiosus & plenus peccato & culpa; quia
sicut voluntas est virtuosa, quando
per fidem amat id, quod est veritas,
ita est vitiosa, quando per fidem a-
mat id; quod est nihil & falsitas.

9. Glo-

9. *Gloriose Domine!* Quando homo per fidem affirmat veritatem, quam non potest intelligere & attribuit tibi omnem Sapientiam & potestatem & omnem bonitatem & perfectionem, & in se ipso cognoscit defectum sapientiae, tunc per fidem recipit gratiam & benedictionem à Te; sed, quando discredit veritatem, quam non intelligit nec potest intelligere, tunc cadit in tuam iram & maledictionem, cò quòd non sciat uti memoria & intellectu & voluntate; quia, sicut homo recipit gratiam, quando in vera fide scit uti memoria & intellectu & voluntate, ita cadit in iram & maledictionem, quando discredit veritatem & affirmat res ipsi contrarias; quoniam tantam libertatem habet homo affirmandi & credendi veritatem, quæ est in fide, licet non possit eam intelligere, quantum habet affirmandi falsitatem, quam putat esse veritatem, & non intelligit ita esse; quia si hoc intelligeret,

se-

358 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
sequeretur, quod intelligeret verum
esse falsum, quod est impossibile.
io. d. *Essentialis Domine humilis
amorose! qui es gloria meorum amorum.*
Qui per virtutem spei vult recipere
gratiam & benedictionem a Te, o-
portet, quod suā motivā intellec-
trali sciat movere memoriam & in-
tellectum & voluntatem per virtutem
spei memorando tuam gloriosam &
perfectam Potestatem & Sapientiam
& Voluntatem & tuam rectam Justi-
tiam & tuam dulcem Misericordiam
& tuam valde magnam Humilitatem
& Patientiam & Pietatem & alias tu-
as Virtutes gloriosas.

ii. Quia, sicut homo manibus scit
scribere & oculis legere, ita, *Domine*,
motiva intellectualis scit a Te reci-
pere gratiam & benedictionem, quan-
do movet memoriam ad memoran-
dum & intellectum ad intelligendum
& voluntatem ad amandum spem me-
morando & intelligendo & amando
tuas virtuosas Virtutes; & sicut ho-
mo

mo cæcus, & non habens manus, non scit nec potest scribere nec legere, ita quando motiva intellectu-
lis non scit movere memoriam ad me-
moranum & intellectum ad intel-
ligendum & voluntatem ad amandum,
non potest nec scit habere spem in
tuis Virtutibus, & per privationem
ordinatæ motivæ intellectualis me-
moria & intellectus & voluntas non
sciunt nec possunt recipere gratiam
& benedictionem à suo honorato Cre-
atore, à quo veniunt omnes gratiæ.

12. Nam quando memoria, *Domi-
nus*, memorat spem, & voluntas
vult habere adjutorium à rebus, quæ
non sunt creatæ ad juvandum, &
quando intellectus ignorat tuas Vir-
tutes, quas est obligatus iutelligere,
ut intelligat adjutorium & dona &
gratias & indulgentias carum, tunc
anima non scit nec vult uti virtute,
quam ei dedisti ad habenduni spem, ut
per ipsam & cum ipsa sciat, possit &
velit à Te recipere gratiam & benc-
dic-

360 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.
dictionem: Unde benedictus sis, *Domi-*
nine DEUS, quia, quando homo
peccator multūm confidit in tua Mi-
sericordia cum ordinata motiva in-
tellectuali & sensuali, tunc scit memo-
rare, intelligere & velle tuas Virtu-
tes; sed quando ipse non scit nec
vult memorare tuas Virtutes, confi-
dit plūs in creaturis, quām in tuis
Virtutibus, tunc spes, quam habet
in Te & in creaturis, est ita falsa &
vanæ formæ, sicut figura hominis pic-
ta in pariete; & propterea quando ho-
mines peccatores falsâ figura spei pu-
tant recipere gratiam & benedictio-
nem, recipiunt à tua Justitia iram &
maledictionem.

13. *Magne Domine, super omnes*
magnitudines magne, honorate, super
omnes honorationes honorate! Qui vult
per *Charitatem* & cum charitate re-
cipere gratiam & benedictionem à
tuo sancto Amore perfecto, opos-
set, quod isciat suâ motiva intel-
lectuali mouere memoriam ad me-
mo-

morandum & intellectum ad intel-
ligendum & voluntatem ad aman-
dum tuum gloriosum Amorem; quia,
sicut oportet, quod homo, qui se
vult calefacere, se præsentet ad splen-
dorem Solis, vel ad calorem ignis,
ita, qui cum charitate à Te vult
recipere gratiam & benedictionem,
oportet, quod sciat ponere suam me-
moriā, intellectum & voluntatem
in præsentia tui sancti Amoris divi-
ni; quoniam, sicut visus recipit cla-
ritatem à Sole, quando aspicit So-
lem, ita & adhuc multò melius me-
moria, quæ memorat, & intellectus,
qui intelligit, & voluntas, quæ amat
tuum Amorem, recipit ab eo gratiam
& perdurablem beatitudinem.

14. Sed quando homines pecca-
tores non sciunt nec volunt movere
potentiam motivam ad ordinandum
memoriam, intellectum & volunta-
tem, & inordinatis voluntate, me-
moriâ & intellectu volunt à Te re-
cipere gratiam & benedictionem, tunc
non

362 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl.Vol. III.
non sunt parati & dispositi ad reci-
piendum eam ; quia , qui vult habe-
re gratiam cum inordinata memoria,
intellectu & voluntate , vult id, quod
non vult tua voluntas; eò quòd cum
ordinata voluntate non ordinet suam
memoriam , intellectum & volunta-
tem; quoniam , sicut aqua movet ro-
tam , & rota movet molam molendi,
ita voluntas , quæ non vult ordinare
se ipsam & memoriam & intellectum
vult inordinate id , quòd vult , &
ratione hujus inordinationis movet
se ipsam & memoriam & intellec-
tum ad privationem gratiæ & bene-
dictionis, & ad habendum omni tem-
pore perdurabiles miseras.

15. Unde benedictus sis , *Domine*
DEUS , quia multi homines sunt, qui
amant à Te habere gratiam & bene-
dictionem & eam non habent in hoc,
in quo vellent; eò quòd non sciant
nec velint eam memorare & intelli-
gere & amare secundum quod possent
& scirent si vellent; Igitur qui ha-
bet

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 363
bet aures audiat , & qui habet o-
culos videat : quia , sicut argen-
tarius per solam suam voluntatem
non posset formam potentialem de-
ducere in actum sicut potentia sen-
suali , ita qui amat & sperat gratiam
in voluntate sine operibus memoriae
& intellectus & potestatis motivae sen-
sualis , sperat & petit id , quod non
sperat nec petit ; quoniam sicut ho-
mo sitiens vult bibere , eò quod ha-
beat sitim , & non vult bibere , ne-
ei noceat potus , ita multi homines
peccatores petunt à Te gratiam , cò
quòd velint habere id , quod non sci-
unt nec volunt nec possunt habere
propter defectum memoriae , intellec-
tus & voluntatis.

16. f. *Liber Domine , liberalis ! à
quo omnes gratiae descendunt.* Qui vult
habere gratiam & benedictionem à
Te , sciat movere memoriam , intel-
lectum & voluntatem per tuam *Jus-
titiam* ; quia , sicut vas sensuale po-
test impleri per id , quod potest re-
cipere

364 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
cipere de aqua , & per id , quod
aqua potest ei dare , & ignis potest
calefacere per suam proprietatem , &
ferrum potest recipere calorem per
suam proprietatem , ita & adhuc mul-
tò melius potest anima recipere , &
Tu potes ei dare gratiam & benedic-
tionem , quando memorat , intelligit
& amat tuam Justitiam ; & nisi ita es-
set , quòd anima , quæ memorat &
intelligit & amat tuam Justitiam , pos-
set habere tuam gratiam , sequere-
tur , quòd aqua & vas & ignis , quæ
sunt res sensuales , possent melius &
virtuosius uti suis proprietatibus , quām
memoria & intellectus & voluntas &
tua Justitia infinita , quod est impos-
sibile .

I.7. Unde benedictus sis , *Domine
DEUS* , quia , sicut vas fractum non
potest impleri aquâ , nec ignis , qui
est in marmore , potest calefacere fer-
rum , ita & adhuc multò minus po-
test homo injiosus recipere grati-
am à tua Justitia , dum memoret &
in-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 365
intelligat & amet injuriam ; & propter ea decipiuntur multi homines injiosi , qui faciendo injuriam putant habere gratiam à tua Justitia ; quia , sicut homo eō plus se lædit & vulnerat , quo fortius capite percutit parietem , ita homo injiosus eō plus se punit ad non habendum gratiam à tua Justitia , quo plūs incmorat & intelligit & amat injuriam .

18. Sed quando homo , *Domine* , se judicat in hoc mundo ad pœnitentiam & ad afflictiones & ad satisfactiōnem , & se cognoscit creatum & recreatum & beneficiatum & subditum ad honorandum tuas honorationes & ad obediendum tuis mandatis , & cum pœnitet suorum peccatorum , & plorat & valde timet tuam Justi iam , & sua memoria , intellectus & voluntas confidunt in tua dulci Misericordia , nunc est paratus & directus & ordinatus ad recipiendum dona & gratias , indulgentias , & benedictiones à tua sancta Justitia gloriosa .

Q. 1.

19. g.

19. g. *Creator Domine, Pater omnium patrum, Virtus omnium virtutum!* Qui vult recipere gratiam & benedictionem à tua excellenti suprema *Sapientia*, oportet, quod sciat movere memoriam, intellectum & voluntatem ad orandum & contemplandum eam; quia, quando homo movet motivam sensualem ad recipiendum significaciones sensuales, per quas movetur intellectualitas ad recipiendum id, quod tuæ perfectæ Virtutes significant de tua gloria Es-sentia, tunc est paratus & ordinatus sensualiter & intellectualiter ad recipiendum gratiam & benedictionem à tua sancta excellenti Sapientia.

20. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia, sicut homo recipit à Te gratiam per fidem, quando voluntas amat in Te id, quod memoria non potest memorare nec intellectus intelligere per necessarias rationes; ita recipit à Te gratiam & benedictionem per Sapientiam, quando

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 367
do intellectus per necessarias ratios intelligit perfectionem tuarum gloriosarum Virtutum significatarum per creaturas, & memoria, intellectus & voluntas recipiendo istas significations orant & contemplantur tuam gloriosam Essentiam divinam; quia sicut per fidem multiplicatur voluntas quando amat id, quod memoria non sufficit memorare & intellectus intelligere, ita voluntas multiplicatur per Sapientiam in amando Te, quando memoria Te memorat & intellectus Te intelligit; & quo plus voluntas Te amat, & intellectus Te intelligit & memoria Te memorat, eò plus recipit anima à Te gratiam & benedictionem in suo memorare & intelligere & amare.

21. *Gratiōse Domine!* Sicut vas nullus recipit amorem & gratiam à suo bono Domino, quotiescunque obedit mandatis ipsius, & scholaris recipit scientiam à suo Magistro, quotiescunque memorat & intelligit & amat

368 B.Ray.Lulli. Lib.Contēpl.Vol.III.
amat id , quod magister eum docet,
ita homo recipit à Te gratiam & be-
nedictionem , quotiescumque movet
motivam sensualem & intellectualē
ad recipiendum significaciones , quæ
tuam Sapientiam significant ; quia si
est impossibile , quod scholaris non
addiscat , quando memorat & intel-
ligit & amat id , quod antea non
memorabat nec intelligebat nec ama-
bat , quanto plūs est impossibile , quod
anima , quæ memorat , intelligit &
amat tuam Sapientiam , non recipiat
gratiam & benedictionem ab ipsa , à
qua omnes Sapientiæ & omnes gra-
tiæ veniunt? Unde benedictus sis , *Do-
mine DEUS* , quia , sicut in terra in-
venitur minera auri & argenti , ita
secundūm modum prædictum in tua
Sapientia & in aliis tuis Virtutibus
invenitur fons & minera in qua di-
rigitur homo ad recipiendum gratiam
& benedictionem à suo DEO.

22. h. *Juste Domine , misericors , om-
nibus bonis abundans ! Qui vult per*

For-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 369
Fortitudinem recipere à Te gratiam
& benedictionem , oportet , quòd
sciat fortificate & roborare in tuis
Viribus suam motivam intellectua-
lem & sensualem , quo usque sua me-
moria sit adeò fortis in memorando
& suus intellectus in intelligendo &
sua voluntas in amando , quòd à nul-
la fortitudine possit destrui & cor-
rumpi sua fortitudo sensualis & in-
tellectualis in laudando , honorando ,
orando & contemplando tuam glo-
riosam Fortitudinem & alias tuas
perfectas Virtutes ; quia quando mo-
tiva sensualis & intellectualis sunt a-
deò fortes in honorando Te , & obe-
dicendo tibi , quòd nulla alia fortitu-
do eas vincat , tunc recipiunt vires
& adjutorium à tua Fortitudine , quæ
est gloria & occasio perdurable bea-
titudinis earum .

23. *Amorose Domine ! Sicut mea*
memoria fortificat intellectum ad intel-
ligendum & voluntatem ad amandum ,
quando frequenter minorat id , quod

Aa

in-

370 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
intellectus intelligit, & voluntas amat,
& intellectus fortificat memoriam ad
memorandum & voluntatem ad aman-
dum, quando frequenter intelligit id,
quod memoria memorat & voluntas
amat, & voluntas fortificat memo-
riam ad memorandum & intellectum
ad intelligendum quando frequenter
vult id, quod memoria memorat &
intellectus intelligit, ita adhuc multò
meliús sinè omni comparatione tua
Fortitudo fortificat motivam intel-
lectualem, & motiva intellectualis for-
titudine quam recipit à Te fortificat
motivam sensualem, & hæc fortitu-
do, qua fortificatur motiva intellec-
tualis & sensualis, est gratia & benc-
dicio, quam recipiunt à tua glorio-
sa fortitudine: Igitur sicut per hunc
modum recipit homo à tua Fortitu-
dine gratiam & benedictionem, ita
per contrarium, quando non recipit
fortitudinem à tua Fortitudine, est
in ira & maledictione.

24. Nam, sicut memoria, Domi-
ne,

Lib. V. Diff. XL. Cap. CCCLXV. 371
ne, debilitat intellectum in intelligendo & voluntatem in amando , quando memorat frequenter id, quod intellectus posset intelligere & voluntas amare in Te; ita motiva intellectualis quando non vult se fortificare tuâ Fortitudine , nec vult ipsâ fortificare motivam sensualem , debilitat suam fortitudinem & fortitudinem motivæ sensualis , & per culpam, quam habet , quando non vult recipere nec dare fortitudinem , quam posset recipere & dare , privatur tua Fortitudine & Adjutorio , & hæc privatio est ci & motivæ sensuali miseria & maledictio : Unde benedictus sis,
Domine DEUS, qui tuos amicos probas laboribus & adversitatibus , ut ipsi tentati fortificent tuâ Fortitudine vires , quibus pugnant contra vitia, quæ non veniunt à tua Fortitudine, nec à viribus fortificatis ab ea.

25. i. *Fortis Domine super omnes fortitudines, honorate super omnes honorationes!* Qui vult à Te recipere
gra-

372 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
gratiam & benedictionem, habeat
Temperantiam in motiva intellectuali
& in sensuali, ut omnes suæ sensuali-
tates & intellectualites recipiant
temperantiam in orando & contem-
plando tuam gloriosam Essentiam &
omnia tua Opera; quia per tempera-
tas sensualitates & intellectualites
est homo continens, abstinentis, sapi-
ens, humilis, justus, misericors, ve-
rus, patiens & habet omnes alias vir-
tutes, quibus & per quas recipit a Te
gratiam & beatitudinem.

26. *Gloriose Domine!* Sicut sani-
tas corporis ordinatur & dirigitur per
temperantiam humorum & qualita-
tum, ita anima dirigitur & paratur ad
recipiendum a Te gratiam & bene-
dictionem, quando habet temperan-
tiam in suo memorare, intelligere &
velle; quia quando memoria est tem-
perata in memorando secundum quod
intellectui convenit intelligere & vo-
luntati amare, & intellectus est tem-
peratus in intelligendo, secundum
quod

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCCLXV. 373
quod memoriae convenit in memorare,
& voluntati amare, & voluntas est
temperata ad animandum secundum
quod convenit memoriae memorare
& intellectui intelligere, tunc habet
anima temperatam suam memoriam,
intellectum & voluntatem, ut a Te
recipiat gratiam & benedictionem;
quoniam sicut homo temperat instru-
mentum ad edendum solum, ita ani-
ma temperatur ad recipiendum grati-
am & benedictionem a Te, quando
habet temperantiam in suo memorare
& intelligere & velle.

27. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia sicut nota soni formatur
in motiva intellectuali in temperan-
tia memoriae, intellectus & voluntatis,
& per temperantiam intellectuali
formatur temperantia sensualis in ins-
trumento musicō, ita temperantia
intellectualium potentiarum est occa-
sio temperantiae sensualium potentia-
rum & temperantia sensualis & in-
tellectualis est dispositio, per quam
homo

374 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.
homo dirigitur ad consequendum
virtutes contra vitia ; & per hanc
dispositionem est directus ad recipi-
endum à Te gratiam & benedictio-
nem ; sed , sicut homo non scit tem-
perare instrumentum sensuale ratione
intemperantiae intellectualis , ita ho-
mines peccatores amantes habere vir-
tutes , non possunt eas habere , eo
quod non sciant nec velint dare tem-
perantiam suis potentiis sensualibus
& intellectualibus.

28. k. O Domine ! qui creasti & be-
neficiasti mundum & omnia quæ in eo
sunt. Licet dixerimus & monstrave-
rimus per septem virtutes prædictas
artem & modum secundum quem po-
test homo à Te recipere gratiam &
benedictionem , tamen non dicimus ,
quod ullus homo possit à Te reci-
pere gratiam & benedictionem nisi
ille , cui Tu vis eam dare ; quia si
homo posset à Te habere id , quod
non vult tua Voluntas , sequeretur ,
quod ipse haberet potestatem super
tuam

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXV. 375
tuam Voluntatem, quòd est impossibile, per quam impossibilitatem significatur, quòd homo possit à Te habere gratiam quam vult tua Voluntas.

29. *Æterne Domine!* Sicut omnia vegetabilia & animalia & metalla generantur & derivantur ex quatuor elementis, ita humilitas, patientia, continentia, veritas & misericordia & omnes aliæ virtutes derivantur à septem virtutibus prædictis; & sicut quatuor clementia juvant se invicem ad componendum corpora elementata, ita omnes septem virtutes juvant se invicem ad recipiendum à Te gratiam & benedictionem; & sicut virtutes recipiunt à Te gratiam & benedictionem, quando veniunt de forma potentiale ad actualēm, ita recipiunt à Te gratiam & benedictionem, quando peccata, quæ sunt in forma actuali, privant actualitate reducendo ea ad formam potentialem.

30. *Glo.*

30. *Glorioso Domine!* Quia omnia bona & omnes gratiae veniunt & sunt à Te & per Te, propterea tuus ser-
vus, cuius nomen non est dignum scribi in hoc Opere, genuflexus os-
culatur terram in præsentia tui glo-
riosi Altaris, & elevat suas manus &
suos oculos & suam intentum in coe-
lum orando & contemplando Te, &
agendo gratias suo honorato DEO
glorioso pro valde magno adjutorio
& gratia, quam ei fecisti ad perfec-
tiendum *istud Opus*, quod est demon-
stratio & figura multorum aliorum on-
perum, quas sint ad laudandum &
honorandum tuam gloriosam Natu-
ram humianam & tam excellentem
Essentiam divinam.

Perfectus est *Liber Contemplatiō-*
bis ad gloriam & reverentiam & ho-
norem nostri Domini DEI, cui omni-
ne bonum & directio hujus Libri at-
tribuit & cognosci debet; & si for-
tè esset in hoc Opere aliquis defectus
vel aliquis error contra sanctam illa-

.03.

dem

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 372
dem Catholicam, dicimus & affirmam-
mus illum defectum vel errorum esse a
nobis, & nos posuisse eum per igno-
ranciam habendo bonam & castam &
Catholicam intentionem, & in ipsum
errorem non credimus, sed rogamus,
quod deleatur ab isto Opere; verun-
tamen non affirmamus ullum errorum
esse in ipso; & si aliquis in aliquare
dubitaret, vel videretur ei ipsam esse
errorem contra fidem, posset esse, quod
ipse in hoc erraret quin hoc intellige-
ret, & quod sua intentione esset bona
sicut est passibile, quod ergo cernaves-
sim intendendo non possemus ullum erro-
rem nec ullam rem, quo sit contra
sanctam Legem Romanam sordib-
er gloriam & laudem nostri
Domini IESU Christi. IOSEPHUS
BAPTISTE DE L'EPINE
MULIERE ST. JOSEPH
CAPUT

CAPUT CCCLXVI.

De Fine hujus Libri Contemplationis.

PRIMA PARS.

De Bonitate hujus Libri.

i. **O** DEUS sapiens super omnes Sapientias, perfecte in omnibus perfectionibus! Quia sunt in anno sex horæ supra trecentos sexaginta quinque dies, propterea, Domine, in fine hujus Libri ponimus isthac Caput divisum in quatuor partes, ut sit prodicatio composita & generata ex sex horis, quæ in fine quatuor annorum faciunt unum diem naturalem. *Prima Pars* est de Bonitate hujus Libri. *Secunda* de modo & arte discendi & docendi ipsum. *Tertia* de modo, quo homo contemplatur in Te per istum Librum. Et *Quarta* de gratiarum actionibus, quas Tibi facimus pro ipso.

2. Qui

2. Qui vult inquirere & scire bonitatem hujus Libri, *Domine*, oportet, quod primò legat omnes rubricas, quia ipsa in eis significatur, & postea oportet, quòd intret ad legendum Capita, in quibus invenitur prædicta Bonitas, que est major & melior in secundo Volumine quam in primo, & in tertio quam in secundo; eo quòd iste Liber sit factus per tuam gratiam & per tuum adjutorium; quoniam quantò anima plús fruitur suo Creatore & clariis contemplatur in eo, tantò pulchriùs habet paratam suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem ad dictamen & compositionem hujus Libri: Igitur quia hæc est causa & modus, & est ordinatum & conveniens, quòd in rebus bonis inveniat homo eo plus ducedinis & placiti, quo plús tractat de eis; propterea est ordinatum in hoc *Opere Contemplationis*, quod secundum Volumen sit majus & melius primo, & tertium sit majus & melius secundo.

300 Gloriose Domine! Sicut homo
 facilius potest nominare genera quam
 species, & species quam individua,
 ita nos non possumus enarrare in hac
 brevi historia totam Bonitatem hujus
 Libri; & ratione hujus brevitatis sum-
 matim dicemus aliquid de Bonitate
 & fructu, qui continetur in hoc ope-
 re *Contemplationis*; & propterea di-
 cimus verā intentione & verbo, quod
 iste Liber sit bonus & utilis ad læ-
 tificandum consolandum & consulenti-
 dum: & ad dandum scientiam, sa-
 pientiam & amorem: & ad orandum,
 contemplandum & fortificandum; &
 ad contemnendum hunc mundum:
 & ad laianandum Te & cœlestem glo-
 riām: & ad confidendum & speran-
 dum in Te: & quod per istum Li-
 brum possit homo habere sanitatem sen-
 sualiter & intellectualiter, & possit
 sanari ab infirmitate sensuali & in-
 tellectuali; quia ipse est via, per quam
 & in qua potest homo habere seps-
 tem virtutes, & vincere & destrue-

ré-111

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 381
re omne peccatum mortale & veni-
ale.

4. *Æterne Domine! in quo est om-
nis perfectio meæ voluntatis & mei in-
tellectus. Sensualiter sentimus & intel-
lectualiter intelligimus, quod cum &
in hoc Libro possit homo mani-
festè cognoscere, quod Tu sis in esse
& sis suprema Bonitas: & quod à
Te veniant omnia bona, & nullum
malum culpæ veniat à Te: & in
hoc Libro necessariis rationibus ma-
nifestatur & probatur, quod Tu sis
unus solus DEUS: & quod tua Uni-
tas sit in Trinitate, & tua Trinitas
in Unitate: & quod Persona Filii sit
incarnata in Virgine gloria: & sua
Humanitas fuerit mortua, & recrea-
verit mundum: & in hoc Libro pro-
batur id, quod fit secundum cursum
naturæ & contra cursum ipsius: &
præmium, quod homo recipiet pro
bono & pro malo: & per hunc Li-
brum, *Domine*, cognoscitur virtus &
vitium & quantitas & qualitas nutri-*

Job.

us-

382 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
usque; & ideo ad cognoscendum om-
nes istas res præsens Liber cūt bo-
nus.

5. *Sapiens Domine!* Per hunc Li-
brum potest homo habere cognitio-
nem de significationibus, quas cre-
aturæ dant de tuis Qualitatibus &
Virtutibus: & de significationibus,
quas tuæ Virtutes dant de Te; & per
ipsum est homo humilis & verus, jus-
tus & mesericors, simplex & pius,
affabilis & amorosus, largus & liber,
doctus & urbanus, astutus & diligens,
subtilis & devotus, continens & pati-
ens, victor & firmus, legalis & *dives*,
perfectus, timidus, animosus, audax,
honoratus, taciturnus & gloriosus
& per hunc Librum, *Domine*, agit
homo tibi gratias, & habet cognitio-
nem de donis & honorationibus & in-
dulgentiis, quas recipit à Te; est quo-
que iste Liber bonus ad imaginandum,
memorandum, intelligendum & a-
mandum Te & omnia bona quæ ve-
niunt à Te & per Te.

6. Adcò

6. Adeò bonus est iste *Liber Contemplationis*, *Domine*, quod valeat ad videndum, audiendum, odorandum, gustandum, tangendum, & ad cogitandum, percipiendum, & habendum conscientiam & subtilitatem & animositatem; quia sicut equus est bonus ad equitandum, & accipiter ad venandum, & ferrum ad scindendum, & ignis ad coquendum, & panis ad comedendum, & Sol ad luccendum, ita iste Liber est bonus ad dirigendum omnes sensualitates & intellectualites, quae sunt in homine; & quod hoc ita sit, potest quilibet homo invenire & probare si velit ipsum legere verâ intentione per primum motum, ad quam intentionem & motum est bonum habere hunc Librum. Etiam est bonus iste Liber, *Domine*, ad dandum & promittendum & adimplendum promissa, & ad castitatem & virginitatem, & ad educationem & doctrinam & ad utiliter expendendum tempus & vitam,

&

384 B. Ray. Nulli Lib. Contēpl. Vol. III.
& ad impugnandum & debellandum
& vincendum vitia cum virtutibus;
& est bonus ad disputandum, con-
vertendum & dirigendum errantes,
& ad reducendum in mundum sanc-
tam devotionem, quæ erat tempore
Apostolorum in prædicando sanctam
Fidem Catholicam; & est bonus ad
augendum & multiplicandum honorem
sanctæ Romanae Ecclesie, & potestatem
& divitias ipsius, que multiplicatio
stat in forma potentiali, ad cuius ac-
tualitatem iste Liber est dispositio &
directio, dummodo sua bonitas memo-
retur, intelligatur & ametur: Unde
benedictus sis, Domine DEUS, quia
iste Liber est bonus ad inveniendum
& dictandum & ad sustinendum la-
bores sensuales & intellectuales, &
bona sensualia & intellectualia: &
cum hoc Libro potest homo vincere
& confundere errantes: & per ip-
sum potest homo inservi ad exponen-
dum rationes graves ad intelligen-
dum: & iste Liber est requies labo-
rum,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 385
rum, & consolatio & confortatio vi-
rorum & mulierum, orphanorum &
pauperum: & est bonus ad pœniten-
tiā & ad plorandum peccata; &
ad pœnitudinem & contritionem &
ad ordinandum res inordinatas.

7. c. *Infinite Domine! cuius hono-*
ris mea memoria non obliviscitur. A-
deo est bonus iste Liber, quod cum
eo possit homo cognoscere majora
& minora bona, & majora & mi-
nora mala: & ipse est homini oc-
casio ut eligat & amet majora bona
præ minoribus, & fugiat majora ma-
la præ minoribus: & cum eo potest
homo cognoscere, an ametur vel
odiatur, & an sit in statu salvatio-
nis: & per istum Librum potest cog-
nosci, quinam homo sit fidelis &
quinam falsus, & quænam res sint veræ
& quænam falsæ: & potest cognos-
cere vim & fragilitatem prædestina-
tionis, taliter quod, habeat reme-
dium & quietem à gravibus tentatio-
nibus, quas prædestinatio dat illis,

Bb

qui

386 B. Ray. *Lulli. Lib. Contēpl. Vol. III.*
qui ejus fragilitatem non cognoscunt:
& iste Liber est gladius, quo homo
pugnat contra dæmonem, & est scu-
tum quo se defendit a tentationibus
ipsius: & est Liber, cum quo homo
vadit ad perdurablem beatitudinem,
& fugit infernales pœnas.

8. Iste Liber, *Domine*, est bonus
ad alterandum formam potentialem
veræ fidei in formam actualem, &
ad delendum formam actualem falsæ
fidei, & ad faciendum eam existere in
potentia; & per ipsum facit homo ve-
nire in actum formam potentialcm
Rationis, & esse Fidem in forma po-
tentiali: Igitur, quia iste Liber, *Do-
mine*, est bonus ad hanc alterationem,
propterea generatur in eo per tuam
gratiam forma potentialis, per cuius
actualitatem totus mundus posset con-
verti ad sanctam Fidem Catholicam
a Prælatis & Princibus & Religiosis
& aliis subjectis sanctæ Majestati A-
postolicæ sequendo artem, regulam
& modum ipsius; quia per demons-
tratio-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 387
trationem necessariarum rationum &
rerum quæ sunt possibles vel impos-
sibiles, & per modum, quem con-
tinet inamorandi hominem de Te in-
tantum quòd velit mori pro tuo a-
more, formatur forma potentialis
dirigendi mundum in illis homini-
bus, qui eam volunt habere actuali-
ter: Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US, qui tot bona posuisti in hoc Li-
bro, ut cum eo auferat homo du-
bia & errores, qui sunt in mundo, &
dirigat mundum ad bonas consuetu-
dines ad gloriam & laudem tux ho-
norationis & Virginis gloriose & to-
tius curiæ cœlestis.

9. Per hunc Librum cognoscitur,
Domine, quænam lex sit vera, & quod-
nam sensuale vel intellectuale sit re-
motum vel propinquum, & quænam
sint terminaciones & differentiæ &
proprietates & contrarietates & con-
cordantiæ, & vera exempla & compa-
rationes, & veræ & falsæ significatio-
nes rerum sensualium & intellectuali-
um;

388 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
um; & per ipsum cognoscitur scala,
per quam elevat homo suum intel-
lectum ad Te, intelligendo unam sen-
sualitatem per aliam, & unam intel-
lectualitatem per unam sensualitatem,
& unam intellectualitatem per aliam,
& unam sensualitatem per unam vel
plures intellectualites: & per ipsum
scit homo figurare figuras intellectu-
ales per sensuales, & facere parabo-
las, & loqui per figuram historicam,
& moralem, & allegoricam, & ana-
gogicam: & per ipsum potest homo
habere sanctitatem, & solvere quæs-
tiones, & cognoscere tentationes &
peccata, & habere gratiam & beatifi-
tudinem & indulgentiam & adjutori-
um à suo Creatore & Salvatore & Re-
creatore: *Unde benedictus sis, Domi-
ne DEUS, quia tot res sunt pro quibus
iste Liber est bonus, quod nobis non
sufficiat tempus nec locus ad enar-
randum omnes bonitates & magnitu-
dines per quas est bonus: Igitur cum
iste Liber sit in tot rebus bonus, omi-
nes*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 389
nes qui falsa intentione & per secun-
dum motum erunt ei contrarii & vo-
lent eum destruere , erunt contrarii
omnibus bonis , quæ in eo continen-
tur ; & propterea quot sunt bona hujus
Libri , tot erunt mala & culpæ illorum
qui falso erunt ei eotrarii ; & si non
est bonus iste Liber , qui est factus ad
tuam gloriam & laudem , & ad aman-
dum & honorandum Te & ad servi-
endum & obediendum Tibi , & non
ad aliquam vanitatem & gloriam
mundanam , quisnam liber erit adeo
bonus & utilis ad dandum gloriam
& laudem & ad faciendum reveren-
tiam & honorem Tibi , qui es noster
Dominus DEUS ?

SECUNDA PARS.

*De modo discendi & docendi istum
Librum.*

10. **D**EUS potens super omnes po-
d. testates ! qui es sapiens su-
per

390 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
per omnes Sapientias. Qui hunc *Librum*
Contemplationis vult intelligere & sci-
re, oportet, *Domine*, quod Tibi
det totam suam primam intentionem,
& secundam det rebus, quae sub Te
sunt; quia cum hac ordinatione ince-
dit humanus intellectus per primum
motum, & ascendit ad cognoscendum
& sciendum sensualia remota per
propinquā; & intellectualia propin-
qua per sensualia remota, & intel-
lectualia remota per propinquā; &
per hoc scit cognoscere res, quae in-
cedunt per cursum naturalem, & res
quae incedunt contra cursum natura-
lem; & postquam intellectus ascendit
ad habendum cognitionem de omni-
bus istis rebus, tunc est paratus ad dan-
dum artem & modum, per quem
anima sciat memorare & intelligere
& velle hunc *Librum*.

ii. Qui vult hunc *Librum* intel-
ligere & scire, oportet, *Domine*,
quod conetur quantum possit scire
uti sua memoria, suo intellectu & sua

yo-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 391
volūitate, ut sciat cognoscere diver-
sa officia & proprietates sensuum sen-
sualium & intellectualium, & quinque
potentiarum anime & memoriæ, &
voluntatis; & quando inquisiverit
& sciverit istas diversitates, oportet,
quòd inquirat terminaciones & for-
mas aëtuales & potentiales, quæ sunt
in prædictis rebus; quia cognoscere
& scire ista omnia, est ars & modus,
per quem homo potest cognoscere &
scire hunc Librum, in quo cognos-
cuntur rationes necessariæ, & res ac-
tivæ & passivæ per proficuas vel no-
civas actiones & passiones.

12. *Divine Domene!* Quia res fa-
ciliores ad discendum & sciendum
debet homo prius addiscere, propterea
quicumque hunc Librum velit addisce-
re & scire, oportet, quòd incipiat à
primo Volumine & postea transeat ad
secundum, & postea ad tertium; &
hoc est, quia secundum Volumen est
obscurius & difficilior intellectu quam
primum, & tertium quam secundum;
&

392 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& postquam homo, *Domine*, se ordi-
naverit in omnibus istis rebus, oportet,
quod affirmet possibilitatem in
omnibus rebus, quas non intel-
ligit & tamen vult intelligere; quia,
sicut argentarius non posset in argen-
to deducere in actum formas potentia-
les, nisi prins haberet cognitionem
de formis, quae sunt potentialiter in
materia argenti, ita non posset ho-
mo intelligere & scire rationes, ar-
gumenta & demonstrationes necessari-
as, quin affirmaret ipsas esse possibles;
quoniam sicut forma non potest vi-
deri sine materia, ita ratio & de-
monstratio non potest intelligi nec
addisci sine affirmatione possibilitatis
vel impossibilitatis.

13. e. *Sanctificate Domine, nobilis,*
honorare, gloriose! Qui vult addis-
cere & scire hunc *Librum Contempla-*
tionis, oportet, quod concordanter
& temperatè sciat moveare suam po-
tentiam motivam sensualem & intel-
lectualem; quia sicut per nimis mag-
nuin

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 393
num vel parvum motum istæ potentia inordinantur in hoc, quod faciunt, & ratione hujus inordinationis opus & formæ potentiales non possunt venire in actum, ita iste Liber non potest intelligi nec sciri per hoc, quod motiva sensualis legat vel audiat ipsum, si motiva intellectualis non memoret & intelligat & velit id, quod motiva sensualis legit vel audit; quoniam sicut motiva sensualis ludentis lusum pilæ dando magnum impulsu*m* ipsi pilæ non concordat cum motivæ intellectuali, quæ intelligit non oportere dare magnum impulsu*m* ita per contrarium sensum motivæ sensuali non potest proficere legere vel audire hunc Librum sinè diligentia & concordantia motivæ intellectualis.

14. *Divine Domine!* Qui vult ordinare & dirigere ambas potentias ad addiscendum & sciendum istum Librum vel alium, oportet, quod sciatur formare tres figuræ, quæ formantur ex motiva sensuali & ex intellectuali;

394 B.Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol.III.
lectuali : quarum *prima* est quando
ambæ motivæ insimul tractant hunc
Librum, *secunda* quando motiva sen-
sualis cessat à lectione, & intellectua-
lis recordatur & memorat eam , &
tertia quando ambæ motivæ repetunt
scholaribus lectionem ; Unde prima
& secunda figura pertinent ad addis-
centem, & secunda & tertia ad docen-
tem : Igitur cùm hoc ita sit , qui
vult addiscere hunc Librum , sciat
formare primam & secundam figu-
ram , & qui vult ipsum docere , sciat
formare secundam & tertiam figu-
ram cum motiva sensuali & intel-
lectuali.

15. Si ita sit , *Domine* , quòd ho-
mo sit fatigatus in prima figura , &
fatigatio proveniat ex parte motivæ
sensualis , oportet , quòd transeat ad
secundam figuram , & si fatigetur
in ea , oportet , quòd transeat ad ter-
tiam ; sed si ita sit , quòd sit fatigatus
in tertia figura , oportet , quòd extra-
hat suam imaginativam ab imagina-
tione

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 395
tione occasionata , & faciat eam ince-
dere imagi nando casualiter quo us-
que sint quietatæ ambæ motivæ ; &
quando istæ sint quietatæ , oportet ,
quòd reducat imaginativam ad occa-
sionem & ad finalem rationem , ut
redeat ad tres figuras ; veruntamen si
ita sit , *Domine* , quòd scholaris in
illo tempore non possit intrare in
primam & secundam figuram , nec
magister in secundam & tertiam ;
oportet , quòd dent spatum tempo-
ris ambabus motivis , & extrahant
imaginativam ab occasionata imagi-
natione & faciant eam imaginari ca-
sualiter ; quia quando imaginativa
imaginatur casualiter , quietantur am-
bæ motivæ , & per hanc quietem re-
assumunt vigorem & vim in occa-
sione , & propterea intelligit homo
unam quæstionem & rationem in
uno tempore , quam non intelligit in
alio , & quandòque evenit , quòd
imaginativa casualiter inducat intel-
lectum ad intelligendum id , quòd
antea non intelligebat.

16.

16. f. Memorate Dominc super omnes memorationes, amate Domine super omnes amores. Qui hunc Librum vult intelligere & scire, oportet, quod sciat vocabula Philosophiae & Theologie, ut possit intelligere & scire rationes philosophicas & Theologicas ex quibus ipse est compositus & formatus; quia quando vocabula non intelliguntur non potest intelligi id, quod prædicatur per vocabula, quæ sunt subjecta hujus scientiæ Contemplationis noviter & novo modo demonstratae; & oportet, quod homo sciat tres primas arbores, quæ sunt in tertio Volumine, ut per eas possit venire ad hanc scientiam. Etiam oportet, Domine, quod volentes scire hanc scientiam, sciant percipere secundum quam legem & credentiam creaturæ & tuæ Virtutes dent majorem demonstrationem de tua suprema Bonitate: & etiam oportet, quod volentes addiscere hunc Librum, sequantur naturam sui intellectus, & habeant ipsum Librum

in

Lib. V. Dist XL. Cap. CCCLXVI. 397
in rebus, quas volunt scire & intelligere; quia intellectus, qui est constrictus, est extra suam naturam; & quia non potest uti sua natura liberè, non potest recipere nec intelligere rationes, quæ sunt graves & duræ ad intelligendum; Etiam oportet, *Domine*, quòd volentes intelligere hunc Librum aspiciant quænam res in quæstione & positione Te demonstret meliorem & nobiliorem scilicet affirmatio vel negatio; quia sicut forma animalis demonstrat melius materiam in homine quam in pictura ipsius, ita quandoque Tu demonstras melius tuas Virtutes per affirmationem quám per negationem, & quandoque melius per negationem quám per affirmationem.

17. *Gloriose Domine!* Qui vult intelligere & scire hunc Librum, oportet, quòd affirmet & intelligat, & non dubitet in formis, quæ potentialiter sunt in scientia; quia si nesciens id, quod amat scire, affirmat
in

398 B.Ray.Lulli.Lib.Contēpl.Vol.III.
in sua anima non esse potentialiter
formam scientiæ, hæc non potest
venire in actualitatem in sua memo-
ria & intellectu & voluntate; & prop-
terea multas res amat homo scire,
quas intellectus non potest intellige-
re; & ideo oportet, quòd homo at-
tribuat sibi defectum in rebus, quas
non potest intelligere; quia quando
non attribuit sibi istum defectum &
attribuit ipsum rei, quam non potest
intelligere, formatur in intellectu ig-
norantia, per quam privatur scien-
tia, quæ est possibilis sciri: Igitur
cùm hoc ita sit, oportet, quòd vo-
lens scire id, quod potest sciri, in-
telligat sensus sensuales & intellec-
tuales finitos & terminatos intra cer-
tam quantitatem.

¶ 8. *Vere Domine!* Si ita sit, quòd
homo non possit intelligere nec sci-
re aliquos graves passus hujus Operis,
oportet; quod recurrat ad figuræ sen-
suales, ut per eas elevet suum intel-
lectum ad intellectuales; & si habe-
at

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 399
at impedimentum ad intelligendum istud Opus propter vilitatem & misericordiam Authoris, scilicet mei miseri, qui sum pauper peccator, oportet, quod ipsum attribuat Authori meliori me; quia quando voluntas disamat Authorem, & memoria memorat vilitatem ipsius, intellectus est impeditus in intellegendio sicut est directus ad intelligendum, quando voluntas amat & memoria memorat nobilitatem excellentis, nobitis, sapientis, honorati, amati & laudati Authoris: Unde benedictus sis, Domine DEUS, quia si omnes res praedictæ alicui non sufficerent ad intellegendum & sciendum hunc Librum, oporteret, quod recurreret ad Librum de Gentili, qui dicitur Liber Quæstionum & Petitionum ad demonstrandum viam glorie nostri Domini DEI.

TERTIA PARS.

De modo contemplandi in hoc Libro.

19. **O** DEUS amate super omnes amores, timite super omnes timores.

400 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.
timores! Qui vult habere artem &
inodum, per quem sciat contempla-
ri in-& per hunc Librum, oportet,
Domine, quod sciat formare *quatuor*
modos Contemplationis, quorum
Primus est, quod incipiat à primo
Capite & ordinate legat totum Li-
brum: *Secundus* quod postquam ip-
sum sciverit, & multūm legerit, eat
legendo casualiter de uno Paragra-
pho in alium; & de uno Capite in
aliud, eligendo illas rationes, quæ
ei melius convenient in illo tem-
pore; quia, sicut quædam victua-
lia melius convenient corpori uno
tempore quam alio, ita quædam ra-
tiones melius convenient animæ uno
tempore quam alio: *Tertius* quod
legat in Tabula Rubricas: & *Quar-
tus* quod consideret rationem, quam
legerit de uno Paragrapho vel Ver-
su in alium memorando & intelli-
gendo & volendo.

20. *Gloriose Domine!* Quia iste Li-
ber continet tot capita quot dies sunt
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 401
in anno, propterea, qui in eo vult
contemplari Primo modo, potest ha-
bere quotidie unum Caput, & fini-
to anno redire ad primum Caput,
& quia habet placitum audiendo &
legendendo novas rationes, propterea ra-
tione spatii, quod est longum à pri-
ma die anni usque ad ultimum, vi-
debuntur ei quolibet anno rationes
novæ & habebit plús placiti, & qui
vult contemplari **Secundo modo**, ha-
bebit placitum, quando casualiter in-
quiret Versus & Paragraphos; quia,
sicut homo habet placitum inveni-
endo modò unum pulchrum florem,
& postea aliud; ita habet placitum
contemplando quandoque per unam
pulchram rationem quandoque per
aliam: & qui vult contemplari per
Tabulam **Tertio modo**, habebit pla-
citum propter brevitatem figuræ sen-
sualis, & poterit extendere suam in-
tellectualēm contemplationem dum
modo legerit Caput quod contine-
tur in rubrica: & qui **quarto modo**

Cc

vult

402 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
vult contemplari habebit placitum ;
quia intellectualis contemplatio est
suprema in dando utilitatem & pla-
citum , & potest per unam rationem
transire in aliam ; & quando erit fa-
tigatus in aliquo quatuor modorum
potest se mutare in aliud ad resu-
mendum vires & quiescendum ; quia
anima multoties requiescit , quando
in suo memorare & intelligere & vel-
le variat res memoratas & intelle-
tas & volitas.

21. *Honorate Domine !* Sicut figu-
ra hominis est melior figura , quæ sit
composita ex elementis , ita quartus
modus Contemplationis est melior &
plùs placens & plùs meritorius mo-
dus , quám ullus aliorum : Igitur qui
vult contemplari per quartum mo-
dum , sciat explicare totum versum
vel paragraphum in quantum mate-
ria ei sufficiet , & quando hæc de-
ficiet , sciat superaddere materiam
alterius paragraphi ; quia , sicut ho-
mo superaddit aquam acrestæ , quain
pre-

premit, ut ex ea plus succi possit extahere, ita, quando homo contemplatus fuerit totum paragraphum in sua simplicitate, debet cum eo compонere aliam rationem, ut extrahat plus dulcedinis & placiti: Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia si sit Eremita vel Religiosus vel Laicus, qui est separatus à mundo, & non vult fatigari in sua camera vel in suo habitaculo vel in Missa, quæ diu duret, sciat habere hanc artem & modum hujus Libri, & non fatigabitur orando & contemplando suum gloriosum DEUM.

QUARTA PARS.

De gratiarum actionibus, quas DEO facimus pro hoc Libro Contemplationis.

22. **O** *DEUS magne super omnem magnitudinem, O DEUS fortis super omnem fortitudinem!* Quia iste

404 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
iste Liber est divisus in tot rationes
& in adeo peregrinas, novas & ne-
cessarias probationes, & ipse est mun-
do adeò necessarius, eo quod sit oc-
casio confirmationis veræ fidei, &
demonstrationis verarum rationum,
& multiplicationis devotionis in a-
mando, laudando & honorando Te
& in serviendo & obediendo Tibi:
& tuus servus per tuum adjutorium
& cum tua gratia ipsum perfecit &
complevit, propterea agit tibi gra-
tias, & osculando terram & elevan-
do suas manus & suos oculos ad cœ-
lum, corde humili & devoto dicit:
Gloria & Laus & Reverentia & Ho-
nor semper detur & fiat Tibi, *Do-*
***mīne DEUS*, qui fecisti tantam gra-**
tiam tuo subdito, quod venerit ad
perfectionem & finem hujus operis
& artis Contemplationis.

23. Hoc opus, *Domine*, fuit tuo
subdito valde magno labore & peri-
culo sensuali & intellectuali; quia si-
cut magnum onus lædit & destruit
dor-

dorsum bestiæ , ita propter diuturnitatem & subtilitatem & novitatem & multitudinem rationum habuit tuus subditus multas pœnas , labores & pericula ; & sustinuit multa opprobria & irrisiones hominum : Igitur cùm hoc ita sit , & Tu , *Domine* , tanto tempore me sustinueris & adjuveris , & Ego , qui sum miser peccator modicæ potestatis & scientiæ totaliter in Te confiderim & speraverim , ex omnibus meis viribus sensualibus & intellectualibus ago Tibi gratias dando Tibi omnem laudem & omnem honorationem in præsencia tui sancti & gloriosi Altaris .

24. Major gratitudo , quam vasallus possit habere erga suum Dominum , & majores gratiæ quas possit ei agere propter bonum & adjutorium , quod ab eo recipit , sunt , *Domine* , quod ei attribuat omne bonum & sibi omnem defectum quem facit , & quod ad amandum & laudandum suum Dominum , & ad ei ser-

406 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.
serviendum & placendum se faciat
servum & subditum & captivum vir-
tutum & impugnatorem vitiorum &
peccatorum , quæ suo Dominō dis-
plicent : Igitur cùm hoc ita sit , tuus
subditus , qui à Te est adeò hono-
ratus , adjutus , amatus & beneficia-
tus ad honorandum , amandum &
laudandum Te , & ad serviendum &
obediendum Tibi , se dat & se sub-
mittit virtutibus , & facit se inimi-
cum vitiorum ; & , ut possit esse tibi
valde gratus pro gratia , quam ei fe-
cisti , vult sustinere plura opprobria
& majores labores & pœnas & ip-
sam mortem pro tuo amore ; & quia
totum hoc non posset mihi suffice-
re ad agendum tibi gratias , prop-
terea , ut istæ sint majores , mea a-
nima vult memorare & intelligere ,
quòd sua memoria sit terminata in
memorando & intellectus in intel-
ligendo & lingua in enarrando &
oculi in videndo & aurcs in audi-
endo & manus in scribendo gratias ,
quæ

quæ deberent esse majores sicut omni comparatione quam sufficient omnes prædictæ res.

25. i. *Sanctificate Domine!* cui debet fieri honor apud illos, qui Te inhonoran. Sicut in hoc *Opere Contemplationis* mea anima confidentiâ tui adjutorii & tui succursûs memorabat, intelligebat & volebat super terminos suæ memoriæ, intellectûs & voluntatis, & hoc faciebat per dona succursûs & per adjutoria, quæ habebat à Te, ita debet tibi gratias agere ultra terminos suarum intellectualium & sensualium corporis confidendo in tuis donis & in tuo adjutorio; & gratiæ, quas mea anima vult Tibi agere supra meas vires sensuales & intellectuales, sunt, quod pro tuo amore meum Corpus tradatur laboribus & morti; & ipsa anima adoret & laudet suum honoratum Dominum in Unitate & Trinitate, Creatorem, Recreatorem, Glorificatorem, conceptum de sancto Spi-

408 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
Spiritu, natum ex Virgine, mortu-
um & qui descendit ad inferos, & re-
surrexit, & ascendit ad cœlestem Pa-
trem, & veniet judicare bonos &
malos.

26. *Gloriose Domine!* Non tan-
tum tuus servus est obligatus ad a-
gendum Tibi gratias pro hoc Libro,
sed etiam pro omnibus bonis, quæ
fient, & pro omnibus malis, quæ
cessabunt occasione ipsius; & non so-
lum mihi dedisti *Domine*, hunc Li-
brum in memoria, intellectu & vo-
luntate, sed etiam per ipsum mihi
dedisti multas virtutes, & me sanati
& mundasti à multis gravibus pec-
catis: Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia quando intravi in hunc
Librum, mea memoria & meus in-
tellectus & mea voluntas erant pau-
peres, viles & culpabiles, & nunc
cum ipso & per ipsum dedisti eis tan-
tam latitudinem & tot divitias & tan-
tam purificationem, quôd, si veniat
quæsio vel tentatio vel vitium vel
du-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 409
dubitatio quæcunque sit, & ex qua-
cunque parte velit, ad omnia suffi-
ciat iste Liber memoriae, quæ cum
memorat, & intellectui, qui cum
intelligit, & voluntati quæ cum a-
mat; veruntamen in multis locis hu-
jus operis me jacto quòd sim virtuo-
sus, & in aliis quòd sim vitiosus, &
hoc facio, ut hoc opus sit melius
figuratum: Unde virtutes quas dico
esse in me, non sunt in me, sed
dico eas esse in me ad pulchritican-
dum opus; quia sicut compositor can-
tionum se jactat, quòd sit benè ina-
moratus, ut sua cantio sit melior;
ita dixi esse in me virtutes, ut istud
opus sit pulchrius & melius; & quia
me accuso de vitiis, quæ sunt in me,
& quia meum nomen non scribo in
hoc opere, per hoc significatur, quòd
non me laudem de virtutibus propp-
ter vanam gloriam, sed solùm propp-
ter melioritatem Operis.

27. *Gratiōse Domine! Quamvis tu-*
us servus habeat valde magnam satis-
factio-

410 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
factionem , & valde magnam lētiti-
am , eō quōd sit extractus à labori-
bus & periculis , in quibus tam longo
tempore fuit pro hoc Libro , tamen
nondum evasit à magnis sollicitudi-
nibus & desideriis , quæ habet , ut ip-
se diffundatur per mundum in mul-
ta loca , & veniat iu manus homi-
num amatorum veritatis , & defen-
datur ab hominibus amatoribus fal-
sitatis , qui mordent & reprehendunt
veritatem , & sunt servi & subditi a-
cediæ & vanæ gloriæ : Igitur cùm
ego , *Domine* , sim homo , & fatear
& confitear nullum bonum esse in
hoc Opere , quod venerit à me , &
non ausus fuerim scribere in eo me-
um nomen ratione meæ vilitatis , &
& ratione nobilitatis & sanctitatis
ipsius operis , & mea intentio non sit ,
ut sim dives & honoratus & lauda-
tus in hoc mundo , quare propter
meam vilitatem & miseriam est ali-
quis inimicus , qui falsò mordeat hoc
opus , cùm ipsum non sit meum nec

á

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 411
à me in rebus, in quibus est bonum?
Unde benedictus sis, Domine DEUS,
quia si Ego & omnes, qui promo-
vebunt hoc Opus, sumus adeo obli-
gati ad agendum Tibi gratias pro ip-
so, quanta erit indignatio, quam Tu
debes habere in illos, qui falsa in-
tentione & falsis rationibus & invi-
dia erunt contrarii huic operi & bo-
nis, quæ possunt evenire per ip-
sum?

28. k. *Misericors Domine, plene mi-*
sericordia & Pietate! à quo venit om-
nis gratia & omne bonum. Quantò is-
tud Opus est majus & melius, & quan-
tò magis ego sum homo vili & mi-
ser & pauper in omnibus bonis, tan-
tò sum plus obligatus ad agendum ti-
bi gratias, & tanto melius appetet
istud opus esse plus tuum quām me-
um in bono, quod in eo est, & si
forte in hoc Opere sit aliquis error,
videtur esse meus & non tuus: quia
si ego essem homo magnæ sapientiæ
& magnæ authoritatis, non ita be-
nè

412 R. Ray. *Lulli. Lib. Contēpt. Vol. III.*
nè & distinctè significaretur bonum
hujus operis esse à Te , & malum , si
in eo est , esse à me , sicut nunc quan-
do sum homo vilos & miser pecca-
tor & culpabilis & sinè ulla auto-
ritate & honoratione : Igitur cùm Tu,
Domine, hoc ita volucris ordinare &
demonstrare , caveant sibi Arrosores
& reprehensores veritatis , laudatores
falsitatis , nè veniant ad mordendum
& reprehendendum istud *Opus Con-
templationis* ; quia si hoc faciant , e-
runt contra tuam voluntatem & con-
tra tuam ordinationem , per quam
contrarietatem vadit homo ad perdu-
rabilia tormenta.

29. *Humilis Domine plene miseri-
cordia!* Sicut ego multoties putavi
perire in hoc Libro Contemplatio-
nis ratione magnæ fragilitatis , quæ
est in me valde magna & misera , &
ratione longæ continuationis & mag-
narum subtilitatum , quæ in eo sunt ,
ita intravi in valde magnam sollici-
tudinem & timorem ne pereat & des-
truatur

truatur ab hominibus malis & falsis & paucæ conscientiæ ratione vilitatis & miseriæ & modicæ authoritatis , quæ est in me : Igitur cùm hoc ita sit , *Domine* , oportet , me ita confidere & sperare in Te , quòd salves & custodias istud tuum Opus , quando est perfectum , sicut confidi antequam esset perfectum , & quia nullus homo potest plus obligare suum bonum Dominum , quám confidendo in eo in suis magnis necessitatibus , propterea tuus servus totaliter confidit in tua potestate & sapientia & voluntate , quód custodian & defendant istud Opus á malignis reprehensoribus , & ex eo facias id , quod potest tua potestas , & scit tua sapientia esse ad gloriam , laudem , honorationem & honorem tuæ amorosæ Voluntatis , quæ amat honorationem & honorem tuæ Potestatis & Sapientiæ ; sed quando ego , *Domine* , isto modo speci volo assecurari de hoc opere , & meus intellectus intelligit , quòd

414 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpt. Vol.III,*
quod mihi tantum valeat sive pro-
moveatur sive non , tunc venit mea
voluntas , quæ ita vehementer amat
tuam honorationem , quod non pos-
sit eam satiare mea spes ; quia fidelis
amator adeò debet amare honorem
sui amati , quod non ei sufficiat ha-
bere suum præmium pro magna vo-
luntate , quam habet faciendi , quod
suus amatus habeat honorationem &
honorem.

30. *Juste Domine!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus ;
quod sicut culter non est contem-
nendus propter ferrarium qui cum
fecit quo usque videatur ipsum non
esse aptum ad scindendum , ita istud
Opus non sit contemnendum prop-
ter me , quo usque videatur malum
& erratum , si aliquis error vel ali-
quod vitium sit in eo : , Igitur qui
,, istud Opus volet contemnere &
,, destruere , intelligat meam inten-
,, tionem , quæ non est ad damnum
,, alicujus , immo est ad laudem Tuâ ,
,, &

, & ad exaltationem sanctæ Eccle-
siæ Romanæ, & aspiciat bonita-
tem rubricarum, & attendat, an
probent id, quod significant: &
quod in hoc Libro est malum, si
aliquid est, auferat & melioret id,
quod meliorari potest, & relin-
quat id, quod est bonum, & quod
nullum damnum affert:,, Unde be-
neditus sis, *Domine DEUS*, quia
adeo est mihi charum hoc Opus &
adeo est intra amorem meæ animæ,
quod tuæ sanctæ Deitati & Humani-
tati ipsum commendem ; & etiam
commendando ipsum meæ Dominæ sanc-
tæ MARIÆ Virgini gloriosæ, &
meæ Dominæ sanctæ Annæ & sancto
Gabrieli & sancto Michaeli & om-
nibus Angelis & Archangelis, & sancto
Joachim & sancto Joseph ab Ari-
mathia & omnibus Prophetis, & meo
Patrono sancto Joanni & sancto Ja-
cobo & sancto Petro & sancto An-
dreæ & sancto Paulo & omnibus A-
postolis: & commendando ipsum meo

Pa-


Patrono sancto Laurentio & sancto Vincentio & omnibus Martyribus & omnibus Innocentibus, eò quod ipsum sit occasio inamorandi hominem erga Martyrium, & sit Opus innocens: & cominendo ipsum meo Patrono sancto Sylvestro & sancto Bernardo & sancto Dominico & sancto Francisco & omnibus Confessoribus & Religiosis, eò quod laudet confessores & laudet afflictiones & religionem: & commendando ipsum meæ Patronæ S. Magdalena& & S. Catharinae & omnibus Virginibus, pœnitentibus, & Martyribus Religiosis eò quod sit Opus amoris & fervoris & pœnitentiæ & contemptus hujus mundi: Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia Tibi & omnibus virtutibus cœli & omnibus fidelibus Christianis & amatoribus veritatis commendando istud Opus, ut ipsum custodiatis & defendatis & multiplicetis in illis rebus, in quibus meæ vires sensuales & intellectuales & mea fama

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVI. 417
ma non possunt sufficere ad cus-
todiendum & defendendum ipsum à
dæmonibus, & à falsis reprehensori-
bus: Unde gloria & benedictio sit,
Domine DEUS, tuæ sanctæ Misericordiæ & Justitiæ; quia si cit ali-
quid boni, quod ego merear vel ha-
beam, vel si tua Misericordia in ali-
qua re velit mihi facere gratiam, pre-
cor Te & precor omnes sanctos præ-
dictos, ut Te precentur, ut mihi sa-
tisfacias & des gratiam quam peto
pro hoc *Opere Contemplationis*, &
quidquid mihi velles dare, des ad
exaltationem & multiplicationem ip-
sius, ut cum eo Te laudemus & ho-
noremus & amemus & Tibi obedia-
mus & serviamus, & perdurabiliter re-
cipiamus gloriam & benedictionem
à Te, qui es noster gloriosus DEUS.

Perfecta & completa est hæc
translatio *Libri Contemplationis* ex
arabico in linguam vernaculam & fi-
nita est prima die anni, & compila-
tio in arabico fuit finita in sancto
Dd die

413 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
die Veneris Paschæ, in quo sustinuit
Passionem & Mortem noster Dominus
JESUS Christus Filius Virginis
gloriosæ nostræ Dominæ sanctæ MA-
RIÆ.

Benedictio & gloria, *Domine*
DEUS, detur omnibus qui Te ora-
bunt & contemplabuntur cum hoc
Opere, & qui Te rogabunt pro me
paupere, vitioso, culpabili & miser-
ro peccatore, in quo non sunt bo-
na, quæ dixi esse in me, ut hoc O-
pus appareat magis inamoratum, &
sit magis aptum contemplationi, &
omnibus illis qui ipsum promove-
bunt ad gloriam & Laudem Tui, qui
es noster honoratus Dominus
DEUS JESUS Christus
Amen.



IN-

INDEX

TITULORUM TOMI XVI.

VOLUMEN III.

LIBER IV.

DISTINCTIO XL.

De Amore.

CAP. 352. Quomodo homo inquirat artem, & modum quo sciat intellegenter orare & contemplari nostrum Dominum DEUM per Etymologiam & Allegoriam & Anagogiam. fol. 3.

353. Quomodo homo per moralis intelligentiam & per Allegoriam & Anagogiam oret & complectetur Virtutes nostri Domini

- mini DEI. fol. 31.
- CAP. 354. Quomodo homo oran-
do & contemplando suum glo-
riosum DEUM per moralem Al-
legoriam & Anagogiam & In-
telligentiam consideret pugnam,
quæ est inter corpus & ani-
mam. 61.
355. Quomodo homo per mora-
lem figuram cum allegorica &
anagogica expositione intellec-
tuali consideret viam Paradisi
orando & contemplando nos-
trum Dominum DEUM. 82.
356. Quomodo homo per mora-
lem figuram & per moralem ex-
positionem cum allegoria & ana-
gogia consideret cœlestem glo-
riam & infernalem pœnam oran-
do & contemplando nostrum Do-
minum DEUM. 109.
357. Quomodo homo orando &
contemplando nostrum Domi-
num DEUM consideret mora-
lem expositionem intellectua-
lem.

INDEX.

421

lem.

fol. 130.

CAP. 358. Quomodo homo orando & contemplando elevet suam Memoriam & Intellectum & Voluntatem ad nostrum Dominum DEUM. 158.

359. Quomodo homo orando & contemplando nostrum Dominum DEUM sciat habere artem & modum dicendi verba Rhetoricè ordinata. 186.

360. Quomodo oratio & contemplatio ordinata sit res bona. 211.

361. Quomodo homo orando & contemplando nostrum gloriosum DEUM sciat habere cognitionem de munditia & puritate Animæ. 240.

362. Quomodo homo orando & contemplando nostrum Dominum DEUM recipiat artem & modum per quem cognoscat in disputatione, an ars affirmativa vel negativa sit vera. 265.

CAP.

INDEX.

- CAP. 363. Quomodo homo orando & contemplando nostrum Dominum DEUM sciat habere artem & modum cognoscendi, quomodo intellectus in conclusione recipiat figuram rectam vel obliquam. fol. 293.
364. Quomodo homo orando & contemplando nostrum Dominum DEUM sciat habere artem & modum, per quem aperitur veritas & falsitas. 322.
365. Quomodo homo orando & contemplando nostrum Dominum DEUM recipiat ab eo gratiam & benedictionem. 349.
366. De Fine hujus Libri Contemplationis. 378.

PRIMA PARS.

De Bonitate hujus Libri.

378.

SECUNDA PARS.

Dc modo discendi & docendi istum Librum. 389.

TER-

TERTIA PARS.

De modo contemplandi in hoc Libro.

fol. 399.

QUARTA PARS.


*De gratiarum actionibus, quas DEO
facimus pro hoc Libro Con-
templationis.*

403.

ERRATA CONTENTA in hoc tomo.

FOL. 23. lin. 8. fidei dic. fideli.
f. 38. lin. 7. tractus dic. tactus.
f. 39. lin. 6. elemento dic. clementa-
to. f. 54. lin. 2. contmpletur dic. con-
templetur. f. 72. num. 18. lin. 6. ili-
is dic. illis. f. 96. lin. 6. olia dic.
alia. f. 103. num. 24. lin. 4. subrip-
sit dic. subrisit. f. 116. lin. 21. vnl-
nerabat dic. vulnerabat. f. 124. num.
22. lin. 7. beaitudinem dic. beatitu-
dinem. f. 135. num. 6. lin. 5. frigita
dic. frigida. f. 141. lin 8. prat dic.
trat. f. 146. lin. 12. proprietem dic.
proprietatem. f. 188. num. 3. lin. 3.
conjuntur dic. conjunguntur. f. 189.
lin. 2. oporet dic. oportet. f. 203. lin.
1. vonvenienter dic. convenienter. f.
205. lin. 1. causalitas dic. casualitas.
lin. 5. causaliter dic. casualiter. f. 267.
n. 6. lin. 3. implerire dic. impleri re.
f. 283. lin. 11. convaniat dic. conve-
niat. f. 285. lin. 5. mejus dic. majus.
f. 294. lin. 22. perfectio dic. perfecta.
f. 391. n. 12. lin. 9. difficius, dic. diffi-
cilius,

BIBL. PUBL. MALLORCA



1056667

R. Llull 340

16

R.
Lull
340